5

ΜΝΗΜΟΝΕΥΤΙΚΟΝ SEPTEM HIPPOCRATIS APHORISMORVM SECTIONVM,

In φιλιατρῶν gratiam & usum tabulis comprehensum,

PER

ERHARDVM HEDENECCIVM

Villacensem, Medicum Physicum Carinthiæ ordinarium.

[illegible]

PROGNOSTICORVM LIBRI Hippocratis Σύνοψις breuissima.



BASILEAE,
PER SEBASTIANVM
HENRICPETRI.

AD CLARISSIMVM VIRVM D. D. IOACHIMVM CAMERARIVM IN AMplißima Noribergensium Rep. Medicum præstantißimum, Erhardi Hedeneccij Villacensis, Medici Carinthiæ ordinarij, Præfatio.

QVanti Hippocratem nostrum erudita antiquitas fecerit, eiusque tum diuinam ingenij uim, tum medendi præstantiam admirata fuerit, Medicorum & historicorum ueterum libri sunt refertißimi. Sic enim Artaxerx. Persarum Monarchæ Hippocratem commendatum legimus: οὗτος πατὴρ ὑγείας, οὗτος σωτὴρ, οὗτος ἀκεσωδύνων, οὗτος ἁπλῶς ἡγεμὼν τῆς θεοπρεποῦς ἐπιστήμης. Vnde ei, ut est apud Thucydidē, diuini honores ab Atheniensibus decreti, & à posteris scripta eius tanquam oracula quædam ex tripode prolata religiosè semper obseruata sunt. Etsi autem in huius uiri quæ extant opera, non pauci spurij irrepsere libri, quos Galenus aliique doctiores pro legitimis non agnoscunt. Inter cæteros tamē genuinos libros quasi insignis quædam gemma eminet Aphorismorum opusculum, in quo, toto passim opere sparsim tradita documenta, & ad faciendam Medicinam utilißima præcepta, quæ bonis in terram iactis seminibus à Galeno in sua Therapeutica Methodo cōparantur, in unoque fasciculo comprehenduntur. Vnde etiam in celeberrimis quibusque Academijs publicè prælegi & explicari meritò obtinuit. Quod quidem opusculum in septem sectiones diuisum, ob insignes in medendi exercitatione utilitates, ut ipse cùm iam per annos ferè quatuordecim Prouincialem Carinthiæ medicum agam, probè expertus sum, nocturna uersare manu, uersare diurna dignißimum sit: trium autem doctrinarum ordinū aliquo includi & tradi non aptè poßit, & propterea difficulter memoria retineri constet, non piguit me olim huius laboris, quin id, ut in usum practicum dexterius accommodaretur, tabulis quibusdam Methodo sua, ab uniuersalibus semper ad particularia procedendo, in ordinem quendam cogerem. Quamuis autem iure reprehendendus uidear quòd post tot clarißimo-

rum uirorum ueterum & recentiorum cõmentationes, has in Hippocratis Aphorismos tabulas conficere ausus fuerim, cùm nihil noui à me dicatur, quod non dictũ sit priùs, nihilq; tàm benè dici possit quin hoc nostro seculo reprehensionem incurrat, ac potiùs Pindari in Nemeis saluberrimum hoc præceptum secutus: ἴσαμαι δὴ ποσσὶ κούφοις ἀμπνέων τε πρίν τι φάμεν, πολλὰ γὰρ πολλᾶ λέλεκται, νεαρὰ δ' ἐξευρόντα δόμεναι βασάνῳ ἐς ἔλεγχον, ἅπας κίνδυνος, ὄψον δὲ λόγοι φθονεροῖς, ἅπτεται δ' ἐσλῶν ἀεί, χερόνεσσι δ' οὐκ ἐρίζει. ab eo instituto deterreri debebam. Tua tamen authoritas Clarissime *D. D. IOACHIME*, quæ me, ut in studiosorũ utilitatẽ præsens Opusculũ absoluerẽ, adhortata est, effecit, ut omninò ei morem gerere statuerem. Itaque eo succisiuis horis sub incudem reuocato, in aptiorem, mea sententia, ordinem redegi, rationes item breues cuiq; aphorismo, parentheseôn notis inclusas, adieci, atq; tuo iudicio grauissimo offero, imò totum subijcio, illud corrigat, ei demat uel adijciat, & si, quod hactenus priuatum in usum ad manus habui, etiam alijs studiosis utile fore iudicauerit, suo arbitratu euulget. Vt autem in eo conscribẽdo sedulò caui, ne, quod dicitur, δὶς κράμβη apponeretur, & idem aphorismus diuersis in locis repeteretur: ita ne quis omitteretur, sed locum suum quisque appositè sortiretur, operam dedi. Adieci in fine Prognosticorum libri Hippocratis σύνοψιν breuem, cùm ob cõfinem materiam, quandoquidem plerique harum septem sectionum aphorismi itidem sint prognostici, tum quòd in quotidiano medendi usu non minus utilis quàm necessaria esse uideatur. Benè vale. Villaci Cal. Martij Anno salutiferi partus. 1585.

IN

IN COMMENDATIONEM HIPPOCRATIS APHORISMORUM.

Hippocrates meritò celebratur ab omnibus, æquis
Laudibus, & summo dignus honore coli.
Doctor Apollineos clarissimus inter habendus,
Et princeps Medicæ dicitur esse rei.
Post se nam Medicis doctissima scripta reliquit,
Nemo dedit libris commodiora suis.
Scripsit Aphorismos cunctis reuerenter amandos,
Hos ægrotantes nocte dieq; legant.
Omnis in his poterit morbi cognoscere causas,
Certaq; lethalis sumere signa mali.
In schematismos ERENHARDUS *reddidit illos,*
Ausonia & lingua laudat, amatq; senem.
Vir doctus Latia, præclarus & arte Pelasga,
Pæoneasq; Deas dexteritate colit.
Perge fauere viris, vir præstantissime, doctis,
Te quoq; non tenuis fama, decusq; manet.
Vos qui Phœbeæ colitis misteria sedis,
Et quibus Hippocratis dogmata sana placent:
Dicite condignas HEDENECCO *dicite grates,*
Ordine qui pulchro dulce redegit opus.

IOANNES A' GORTSCHACH
VILLACENSIS.

Phœbæo, venit felix sub lumine Cous
Hippocrates Phœbi filius ipse patris.
Quicquid enim sanæ medicinæ excudit Apollo,
Hippocrates studijs prompsit id omne suis.

Inq; breues tabulas illud transmisit ERHARDVS
Mnemosynon, cuius quisque sit usque memor.
Qui cupit optatam seruare impunè salutem:
Hoc legat: hoc medico plasmate tutus erit.
Nam catus Hippocrates fatis obsistit acerbis,
Funereasq; sua dimouet arte faces.
Ergo simul docto grates soluantur ERHARDO
Summaq; sit Coô gratia habenda seni.

MARCI ANTONII PICHISSI-
NI ÆMONENSIS.

PROOE-

PROOEMIVM TOTIVS OPERIS.

Ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, ὁ δὲ καιρὸς ὀξὺς, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερὴ, ἡ δὲ κρίσις χαλεπή. Δεῖ δὲ οὐ μόνον ἑωυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιοῦντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα, καὶ τοὺς παρεόντας, καὶ τὰ ἔξωθεν.

Vita breuis, ars longa (scilicet quo ad artis exercitationem, non quo ad Methodum.) occasio praeceps, (ob assiduam scilicet corporis humani mutationem & defluxum) experientia periculosa, (ob subiecti dignitatem) iudicium difficile. (ob varias in Medicina opiniones, & difficultatem operationis:) Nec verò satis est, medicum suum fecisse officium, nisi suum quoq; aegrotus, suum astantes faciant, sintq; externa ritè comparata. 1. Aphoris. 1.

AD HVIVS APHORISMI DECLARATIONEM, EX IPSIVSMET HIPPOCRATIS operibus προλεγομένων uice, de Medicina, Medico, eiusq; officio quaedam assignanda.

Medicina

- *Definitio*: Ἰητρική ἐστι πρόσθεσις καὶ ἀφαίρεσις, ἀφαίρεσις μὲν τῶν ὑπερβαλλόντων, πρόσθεσις δὲ τῶν ἐλλειπόντων, &c. περὶ φυσῶν.
- *Praestantia*:
  - Ἰητρικὴ τεχνέων μὲν πασέων ἐστὶν ἐπιφανεστάτη. ἐν νόμῳ.
  - Ἐγὼ πειθόμενος τέχνας εἶναι θεῶν χάριτας. πρὸς Ἀβδηρ.
- *Difficultas discendi*:
  - Ἐγὼ μὲν γὰρ ἰητρικῆς ἐς τέλος οὐκ ἀφίγμαι, καίπερ ἤδη γηραλέος καθεστώς. πρὸς Δημοκρ.
  - Ἰητρικὴν οὐ δυνατόν ἐστι ταχὺ μαθεῖν διὰ τόδε, ὅτι ἀδύνατόν ἐστι καθεστηκός τι ἐν αὐτῇ σόφισμα γενέσθαι. περὶ τόπων τῶν κατὰ ἄνθ.
  - Πολλὰ ἡμέας θνητοὺς ἐόντας λάθῃ. πρὸς Κρατεύαν.
- *Occasio agendi*: Τέχνης γὰρ πάσης ἀλλότριον ἀναβολή, ἰητρικῆς δὲ καὶ πάνυ, ἐν ᾗ ψυχῆς κίνδυνος ἡ ὑπέρθεσις, ψυχαὶ δὲ τῶν θεραπειῶν οἱ καιροί. πρὸς Κρατ.
- *Partes*: Ἡ τέχνη διὰ τριῶν. τὸ νόσημα, ὁ νοσέων, καὶ ὁ ἰητρός. ὁ ἰητρὸς ὑπηρέτης τῆς τέχνης, ὑπεναντιοῦσθαι τῷ νοσήματι τὸν νοσοῦντα μετὰ τοῦ ἰητροῦ χρή. α ἐπιδ.
- *Effectus*: Ἰητρικὴν εἶναι φημί, τὸ δὴ πάμπαν ἀπαλλάσσειν τῶν νοσεόντων τοὺς καμάτους, καὶ τῶν νοσημάτων τὰς σφοδρότητας ἀμβλύνειν, καὶ τὸ μὴ ἐγχειρεῖν τοῖσι κεκρατημένοισιν ὑπὸ τῶν νοσημάτων, εἰδότας ὅτι ταῦτα οὐ δύναται ἰητρική.

Cognata

- **Cognita**
  - Ἰσοέλκον σοφίης γὰρ δοκέει ἰητρικῆς ἀδελφεὴ καὶ ξύνοικον, σοφίη μὲν γὰρ ψυχὴν ἀναρύεται παθῶν, ἰητρικὴ δὲ, νόσους σωμάτων ἀφαιρέεται. Δημοκ.
- **Cum natura**
  - Φύσιος ἀντιπραττούσης κενὰ πάντα. ἐν νόμῳ.
  - Νούσων φύσιες ἰητροί. ς´ ἐπιδ.

Medici ex Hippocrate

- **Officium.**
  - Ἰητρὸς γὰρ φιλόσοφος, ἰσόθεος. περὶ εὐσχημ.
  - Ἰητροί, φήμῃ μὲν πολλοί, ἔργῳ δὲ, πάγχυ βαιοί. ἐν νόμῳ.
  - Ἀσκεῖν περὶ τὰ νοσήματα δύο, ὠφελέειν, ἢ μὴ βλάπτειν. ά ἐπιδημ.
  - Μηδὲν εἰκῇ, μηδὲν ὑπερορᾷν. ς´ ἐπιδημιῶν τμ. β´.
  - Circa ægrum omnia placidè facere oportet, expeditè, ut hilari ac sereno uultu ipsum cõsoleris, quò à suis cupiditatibus illum auertas, simul cum amarulentia & contraria instantia increpando, simul etiam commonefactione & dexteritate suscipiendo, ac consolando, &c. περὶ εὐσχημ.
  - Aegrotantibus gratificari oportet, ut purè præparentur cibi & potus, & quæ uidet, mollia quæ attingit, & alia quæ non magnoperè lædunt, aut facilè reparari possunt. Velut frigida ubi hac opus est. Sic Introitus, sermones, habitus, uestitus, tonsura, odores, ungues ægrotanti grata sint. ς´ ἐπιδ. τμ. δ´.
- **Humanitas.**
  - Medicus comitatem quandam sibi adiunctam habeat: austeritas enim & sanis & ægris difficilem accessum præbet. περὶ εὐσχημ.
  - Qui bonus Medicus est, is fide magis quàm austeritate, ἀτρεμαίην, medetur. ib. Et paulò pòst:
  - Ἢν γὰρ παρῇ φιλανθρωπίη, πάρεστι καὶ φιλοτεχνίη.
- **Mores** —
  - Maximè ad opinionem & authoritatem comparandam conducit bonis & honestis moribus esse præditum. σεμνὸν καὶ φιλάνθρωπον. περὶ ἰητροῦ.
- **Habitus corporis & ornatus.**
  - Medicus bono corporis habitu & colore præditus esse debet: uulgus enim existimat eos qui non bene dispositum corpus habeat, neq; alijs benè prospicere posse. ibidem.
  - Ζητέεται ὁ νοσέων, οὐ καλλωπισμὸν, ἀλλὰ τὸ συμφέρον. ibidem.
- **Collatio cum collegis.**
  - Non indecorè ille se geret Medicus, qui in rei præsentis angustia circa ægrum aliquem, alios etiam Medicos accersere iusserit, quò ex communi consideratione, res circa ægrum inquirantur & cognoscantur, & illi cooperatores fiant ad auxilij ferendi facultatem. De præceptionibus.
- **Externorum inquisitio.**
  - Non pigeat autem & ab idiotis inquirere, si quid conferre uisum fuerit ad curationis occasionem. ibidem.

SEQVITVR IPSA TRACTATIO APHORISTICA.

- Hippocrates Medicinam hoc opere compēdiosè docens, considerat
  - In Physiologia
    - Cōsuetudinis, (quæ altera uel acquisititia natura est) uim in
      - Omnibus 4. Medicis actionibus, uidelicet
        - Sumendis
        - Admouendis
        - Faciendis
        - Educendis
          - Consueta longo tempore, etiamsi deteriora sint, insuetis minus molesta esse solet. Quare ad insolita quoque facieda mutatio. (scil. paulatim: quia natura non fert subitas mutationes.) 2.aph.50.
      - Laborib⁹ perferēdis
        - Quotidianis laboribus assueti, etiamsi inualidi sint aut senes, insuetis quamuis robustis & iuuenibus faciliùs consueta ferunt exercitia. (quia exercitio calor & robur: consuetudine autem habilitas & uoluptas ad agendum acquiritur.) 2.aph.49.
    - Habitum corporis penes
      - Crassitiem & gracilitatem.
        - Qui naturâ sunt ualde crassi, breuiore uita fruuntur, quàm qui graciles. (hi enim uenas habent latiores, & in his plus sanguinis, ac ideo plus caloris & spirituum, & ita sunt uiuaciores, sed à causis externis promptiùs offenduntur, ut uento, frigore, adipis munimento destituti.) 2. aph. 44.
      - Aluum lubricā & siccam
        - Quibus aluus est humida, iuuentam quidem agunt faciliùs, quàm qui eandem siccam habent: senectute autem difficiliùs defunguntur. Ipsis siquidem senescentibus ferè resiccatur. 2. aph. 53.
      - Magnitudinē uel proceritatē eius
        - Vt traducenda iuuentute liberalis & speciosa corporis magnitudo, ita senectuti inutilis & paruitate deterior. (ut quæ gibbositatis occasionem præbeat.) 2.aph. 54.
    - Aetates, de quarum differentia infrà in Pathologia dicetur.
    - Sexus proprietatem
      - Mulier non fit ambidextera. (ob naturæ scilicet imbecillitatem) 7.aph.43.

Partium corporis diuersitate:
- Perfectũ os, aut cartilago, aut neruus, aut genæ tenuis particula, aut præputium, neq; augetur, neq; coalescit. (nisi in paruis & humidis corporib. quia deest similis materia, scil. spermatica) 6. aph. 19.
- Siue os siue cartilago siue neruus sectus fuerit in corpore, neq; augetur neq; coalescit, 7. aph. 28.

E'ν τῷ ὑγιανῷ:
- Aërem & cœli constitutiones:
  - Quotidianas — Quotidianæ tẽpestates, aquiloniæ cogunt corpora, firmantq;, mobiliora item expeditioraq; & coloratiora & auditu ualentiora reddunt, aluum siccant, oculos mordent, & si pectus dolor aliquis prius habuerit, exasperant: contrà, austrinæ eadem soluunt & humectant, auditum hebetant, caput grauant, uertiginem oculis, tarditatem & languorem corporibus adferunt, aluũ humectãt. 3. aph. 17.
  - Anni totius — Ex tempestatibus anni in uniuersum siccitates assiduis imbribus salubriores sunt, & minus mortiferæ. 3. aphoris. 15.
  - Secundum anni tempora. — Quod ad tempora uerò attinet, uere & prima æstate pueri & his ætate proximi optimè degunt, ualentq; maximè: æstate uerò & autumno ad aliquam usq; partem senes: Reliquo autumno & hyeme qui mediam ætatem agunt. 3. aph. 18.
  - Secundum uentorum flatus, de his in Pathologia.
- Cibum & potum *

In Pathologia uide signum ☉

- Ἐν τῇ ὑγιείᾳ
  - Cibũ & potum iuxta
    - Modum substantiæ alimenti
      - Facilius est potu refici quàm cibo. (Humida enim nutriendi celeritate solidiora uincunt, etsi non ita ualidè nutriant ut solidiora alimenta.) 2. aph. 11.
    - Quantitatem eius
      - Non satietas, non fames, neq; aliud quicquã quod na[...] mo[dum] exceedat, bonum. (quia sanitas est medium quiddam, unde omnes excessus qui plurimum à medio recesserint, ægri udines erunt.) 2. aph. 4.
      - Vbi præter naturam copiosior cibus ingestus est, morbum inde creari indicat sanatio. (scil. Euacuatio quæ fit per uenæ sectionẽ, quãdo humores omnes æqualiter uacuãtur: hæc enim statim plenitudinem ad uires sanat.) 2. aph. 17.
      - Quæ longo tempore extenuata sunt corpora, sensim reficere oportet: quæ uerò breui, breuiter. (ut humida corporis substãtia, & adhuc magis spirituosa, sec⁹ solida.) 2. aph. 7.
      - Fame dominante, ab omni agitatione uacandum & labore. (sic ægris die mediæ nullus uehementior motus uel per uenæ sectionem, uomitum, uel multam frictionem est imperandus.) 2. aph. 16.
      - Corporibus humida carne præditis perferenda fames est. Nã fames siccat corpora (scil. ex accidenti: quia calor natiuus non habens quo pascatur, carnium humiditatem absumit.) 7. aph. 59.
    - Qualitatem
      - Victus humidus quũ febricitãtibus omnibus tum pueris maximè atq; alijs qui tali ui[...] u[...] cõsueuêre, u[...] ilis. 1. aph. 16.
      - Eorum quæ confertim & celeriter alunt, celeres etiam excretiones esse solét. (pars. n. corporis quælibet attracto alimẽto, eoq; saturato, reliquũ emittit ad excretionẽ.) 2. aph. 18.
      - Aqua quæ citò calefit, & citò refrigeratur, leuissima est. (talis etiam concoctu & distributu facilis, uentrem non grauat.) 5. aph. 26.
    - Aetates
      - Ieiunium senes (non decrepiti) ferunt facillimè, secundo loco qui consistentem ætatem agunt, minus adolescentes, minimè omniũ pueri, atq; inter eos maximè qui acriore sunt & uiuidiore ingenio præditi. (quia plurimum cibi conficiunt propter abundantem in eis calorem naturalem.) 1. aph. 13.
      - Qui crescunt, plurimũ habent calidi natiui: itaq; copioso quũ egeant alimento, abundè ipsis suppeditare oportet, alioqui corpus cõsumitur: in senibus uerò inest caloris parũ, paucis propterea fomentis egent: exiguus nanq; ignis fomitis extinguitur multitudine: ob eandem causam nec senibus febres perinde acutæ fiunt: frigidum enim eorum corpus. (fiunt enim febres ob innati caloris ad igneam naturam conuersionem.) 1. aph. 14.

Anni tempora

Ventres hyeme ac uere naturâ calidissimi sunt & somni longissimi: per ea igitur tempora plus cibi dare oportet, siquidem plus natiui caloris habent, quò fit ut copiosiore alimento egeant, argumento sunt ætates (ut pueri qui plurimum calidi innati habent.) & Athletæ (qui exercitijs augent calorē, unde multis frui possunt alimētis.) 1. aph. 15.

Aestate & autumno cibi copiam ferunt difficillimè (ob caloris innati diminutionem.) hyeme facillimè, ob caloris copiam) uere minus. 1. aph. 18.

Corporis alendi qualitatem.

Impura corpora quò plus nutriueris, eò magis læseris. (quia corrumpitur alimentum aduemens corpori cacochymo, si est familiare alimento cacochymiæ.) 2. aph. 10.

Si à morbo cibum assumens (scil. copiosè, & cum appetitu) uires non recipiat, copiosiore alimento corpus onerari indicat: si uerò modicè epulanti idem eueniat, uacuatione (s. purgatione per Medicamenta) indigere sciendum est. 2. aph. 8.

Motum & quietem — Quoquo modo corpus moueatur, simul ac laborare cœperit, quies statim lassitudinem leuat. (utpote contraria ualido motui.) 2. aphor. 48.

Somnū & uigilias. — Somnus & uigilia, utraq; si modum excesserint, malum. (sic de alijs quoque rebus non naturalibus statuendum.) 2. aph. 3.

Repletionem & inanitionem. — Semel multum & repentè uel uacuare, uel replere, uel calefacere, uel refrigerare, aut alio quouis modo corpus mouere, periculosum: omne siquidem nimium naturæ inimicum. Paulatim uerò quod fit tutum, cùm alias tum maximè ubi ab uno ad aliud facienda est mutatio. 2. aph. 51.

In genere

Mutationes (id est, successiones) temporum potissimùm pariunt morbos, & in ipsis temporibus magnæ mutationes (aëris) caloris aut frigoris, cæterorumq; ad proportionem his respondentium. 3. aph. 1.

Morbi alij ad alia tempora bene uel malè se habent. Et quædam ætates ad tempora alia, & loca & aliud uictus genus. 3. aph. 3.

Quilibet in quibuslibet temporibus morbi fieri possunt: Nonnulli tamen in quibusdam magis tum fiunt tum irritantur (scil. propter affinitatem & συμπάθειαν quod cum illis temporibus habent.) 3. aph. 19.

In Pa-
tolo-
gia

In Pathologia
- Causas et occasiones morborum ratione uel
  - Temporum anni
    - Veris: Vere enim insania, Melancholia, epilepsia, fluxiones sanguinis, anginæ, grauedines, destillationes, tusses, lepræ, impetigines, uitiligines, & pustulæ ulcerosæ plurimæ, tubercula, articulorũ dolores. 3. aph. 20. (non sui naturâ, sed ui expultricis ad extra.)
    - Aestatis: Aestate uerò nonnulli horum (scilicet, circa eius initia) & febres continuæ, & ardentes, & tertianæ plurimæ, quartanæ item, & uomitiones, alui profluuia, ophthalmiæ, aurium dolores, oris ulcerationes, genitalium putredines, & sudationes. (ob biliosum s. humorem, acrem & mordacem tum abundantem in corpore) 3. aph. 21. *
    - Autumni:
      - Autumno æstiui etiam multi morbi, & febres quartanæ, & incertæ, lienis tumor, aqua inter cutem, tabes, urinæ difficultas, intestinorum tum læuitas tum difficultas, coxæ dolores, angina, anhelatio, intestinorum parte quapiam coarctatio, epilepsia, insania, melancholia 3. aph. 22.
      - Autumno in uniuersum morbi acutißimi & perniciosißimi (aliorum scil. anni temporum respectu, idq; propter eius inæqualitatem.) Ver autem saluberrimum, & minimè exitiosum. (quia sua naturâ temperatum) 3. aph. 9.
      - Autumnus tabidis nocuus. (tum quia frigidus: omne enim frigidum ulceri inimicum, tum quia mordax ulceri, tum'q; ulcera reddit insuppurabilia.) 3. aphoris. 10.
    - Hyemis: Hyeme pleuritides, peripneumoniæ, lethargi, grauedines, raucitates, tusses, pectoris, laterum & lumborum dolores, cephalalgiæ, uertigines, apoplexiæ. 3. aph. 23.
  - Cœli constitutionis ¶
  - Aetatis ※
- Symptomata, †

* Quando æstas fit similis ueri (h. e. tẽperata, uel ad calidũ & humi[d]ũ uergẽs) sudores in febrib. multos expectare oportet. (quia ob caliditatẽ attrahit quidẽ ad cutim: ob humiditatẽ uerò nõ potest ꝑ modũ uaporis resoluere.) 3. aph. 6.

- Causas & occasiones morborum, ratione uel
  - Temporum anni
    - Hyeme existente
      - Sicca & aquilonia
        - Vere sequente
          - Pluuioso & australi: Inter anni partes si hyems sicca & aquilonia fuerit, uer pluuiosum & australe fuerit, aestate necesse est febres acutas fieri, & ophthalmias, & dysenterias, mulieribus praesertim & uiris natura humidioribus. 3. aph. 11.
      - Australi & pluuiali
        - Vere sequente
          - Sicco & aquilonio: Cōtrà uerò si australis hyems & pluuiosa & tepens fuerit, uer siccum & aquilonium, mulieres quibus partus in uer incidit, quauis occasione abortiunt, aut si pariunt, tàm infirmos & morbosos partus edunt, ut uel statim ipsi intereant, uel tenues & ualetudinarij uiuãt. Caeteris dysenteriae & ophthalmiae siccae fiunt, & senibus catarrhi perniciē breui allaturi. 3. aph. 12.
    - Aestate sicca & aquilonia. Autumno
      - Pluuioso & australi: Aestate uerò sicca & aquilonia, autumno pluuioso & australi. Vehementes capitis dolores in hyemem, & tusses, & raucedines, & grauedines, nonnullis etiam tabes expectandae. 3. aph. 13.
      - Sicco et aquilonio: Aquilonio uerò & sicco autumno, hominibus naturâ humidis, & mulieribus cōmoditas parabitur: alios ophthalmiae siccae, & febres partim acutae, partim longae, quosdam etiam Melancholiae malè habebunt. 3. aph. 14.

Coeli consti-

¶ Cœli cō=stitu=tionis

Diuturnioris

Assiduis imbribus morbi ferè fiunt febres longæ, fluxiones alui, putredines, epilepsiæ, apoplexiæ, anginæ. Siccitatibus autem morbi tabifici, ophthalmiæ, articulorum dolores, urinæ & mictionis difficultates. 3. aph. 16.

Magnis siccitatibus febres fiunt acutæ. Quòd si annus talis esse perigat, qualem temporis statum effecerit, tales ferè morbos expectare oportet. 3. aph. 7.

Constantibus temporibus & suam temperiem seruantibus, certi & tempestiui, ac iudicatu faciles morbi fiunt. Inconstantibus autem & alienis, incertæ quoque ægrotationes fiunt, & ad iudicandū difficiles. 3. aph. 8.

Auster auditum hebetat, caliginem uisui obducit, caput grauat, membris tarditatem & languorem conciliat. Quum itaque is increbrescit, talia inualidis accidunt. Contrà Aquilo tusses mouet, fauces exasperat, aluum indurat, urinam supprimit, horrores excitat, lateris & pectoris dolores facit. Hoc itaque dominante, talia infirmos expectare oportet. 3. aph. 5.

Quotidianæ

In temporibus cùm eodem die modò calor, modò frigus inflat, autumnales morbi expectādi. (qui etiam ut autumnus ipse, sunt inconstantes, inæquales, & mali iudicij.) 3. aph. 4.

Quotidianæ tempestates, aquiloniæ cogunt corpora firmantque, &c. 3. aph. 17.

Suprà ἐν τῷ ὑγιεινῷ de cœli constitutione.

Aetatis

Puerorum, quorū 4. differentiæ

1. *Secundum ætates autem hi morbi fiunt. paruis & nuper natis puerulis oris ulcera, uomitiones, tusses, uigiliæ, pauores, umbilici inflammationes, aurium humiditates.* 3. aph. 24.
2. *Adventante dentitionis tempore gingiuarum pruritus, febres, conuulsiones, alui profluuia, maximè quum caninos edunt, & ijs præsertim qui crassissimi sunt, et qui aluo sunt dura.* 3. aph. 25.
3. *Ipsis uerò grandiusculis tonsillarum inflammationes, uertebræ in occipitio introrsum luxationes, anhelationes, calculi, lumbrici rotundi, ascarides, uerrucæ pensiles, satyriasmi, strumæ, struguriæ(?), alia tubercula, præcipuè uerò antedicta.*

4. Gran=

4. *Grandioribus autem & ad pubertatem accedentibus, superiorum etiam morborum multi, & febres diuturniores potius, & ex naribus sanguinis fluxiones.* 3.aph.27.

Pueris maximam partem morbi iudicantur, alij intra dies quadraginta, nonnulli intra septem menses, quidam intra annos septe, alij ipsis etiam ad pubertatem accedentibus. Qui uerò permanserint, neque pueris circa pubertatem, neque fœminis quum menstrua erumpunt, soluti fuerint, (tunc enim magnæ fiunt corporis mutationes) inueterascere consueuerunt. 3.aph.28.

Iuuenum — *Iuuenibus sanguinis expuitiones, tabes, febres acutæ, epilepsiæ, aliique morbi, sed præcipuè nunc dicti. (s. eueniunt.)* 3.aph.29.

Virorũ — *Vltra hanc ætatem prouectis, asthmata, pleuritides, peripneumoniæ, lethargi, phrenitides, ardentes febres, diuturna alui profluuia, cholerae, dysenteriæ, lienteriæ, hæmorrhoides.* 3.aph.30.

Senum — *Senibus spirandi difficultates, destillationes cum tussi, stranguriæ, dysuriæ, articulorum dolores, nephritides, uertigines, apoplexiæ, malus corporis habitus cachexia dictus, pruritus totius corporis, uigiliæ, alui, oculorum & narium humiditates, uisus obtusior, glaucomata, auditus hebetior.* 3.aph.31.

Victus Rationis, de qua suprà.

Calidorum

Calidum frequentiore usu hæc inuehit incommoda, carnis effœminationem, neruorum incontinentiam: id est, imbecillitatem, animi torporem, profusiones sanguinis, animi deliquia: ad quæ quidem mors (citiùs uel tardiùs consequitur.) 5.aph.16.

Calidum in quo ulcere pus mouet, maximum securitatis præstat indicium, cutem emollit, extenuat, dolorem lenit, rigores, conuulsiones, tetanos mitigat: capitis grauitatem soluit: Ossibus fractis plurimùm prodest, maximè si nudata sint, multoque magis si in capite. His etiam prodest quæ moriuntur aut ulcerantur à frigore. Herpetibus denique exedentibus, sedi, pudendo, utero, uesicæ, his omnibus calidum amicum & decretorium, frigidum inimicum & interimens. 5.aph.22.

Frigido uerò in his utendum, unde fluit aut fluxurus sanguis est, non quidem eodem loci, sed ad ea loca unde influit admoto: & si quæ partium inflammationes aut deflagrationes ad rubrum sanguineúmue colorem t..dunt recenti efflorescente sanguine, iisdem ipsis

Nimij usus

psis adhibito. Nam inueteratas nigrefacit. Erysipelas etiam non ulceratum iuuat, siquidem exulceratum lædit. (mordax enim est, & dolorem inducit, ideo'q; nocet: quia partes dolentes ad se semper alliciunt ipsas fluxiones.) 5. aph. 23.

Frigidorum.

Frigidum ulceribus mordax, cutem obdurat, dolorem insuppurabilem facit, nigrorem inducit, rigores febriles, conuulsiones & tetanos creat. 5. aph. 20.

Frigidum uerò conuulsiones, tetanos, nigrores, & rigores febriles (h.e. qui prohibita transpiratione dum corpus externo frigore obrigescit, febres excitant) adfert. 5. aph. 17.

Frigidum inimicum ossibus, dentibus, neruis, cerebro, dorsali medullæ: (hæ enim partes omnes frigidæ sunt: quia exangues, læduntur ergo à similibus intemperiei suæ: iuuantur tamen modico contrariorum usu) calidum uerò amicum. 5. aph 18.

Frigida ut nix & glacies pectori inimica, tusses mouent, uenarum ruptiones & destillationes efficiunt. 5. aph. 24.

† Symptomata, ut

Morborum. — *Circa initia & finem (morborum) remissiora sunt omnia (s. symptomata) in uigore uerò uehementiora.* 2. aph. 30.

Rigoris. — *Rigores incipiunt mulieribus ex lumbis magis & per dorsum perueniunt in caput: Sed & Viris parte corporis posteriore magis quàm anteriore, ueluti ex femoribus & cubitis: Indicio est cutis raritas, quam ipsam pilus ostendit.* 5. aph. 69.

Horroris Causæ. 3. aph. 5. *Vide suprà morborum causas ratione cœli constitutionis.*

In Semiotice signa tũ Diagnostica

Ex robore uiriũ omniũ corporis — *In quouis morbo ualere rationem, recte'q; se ad ea quæ sumuntur habere, bonum: Contrà uerò habere se, malum.* 2. aph. 33.

Ex habitu Corporis — *In quouis morbo partes ad umbilicum & infimum uentrem attinentes, crassiores esse præstat. (& carnosiores) harum siquidem extenuatio & tabes mala: Sed ad inferiores quoque purgationes parùm tuta.* 2. aph. 35.

Prognostica ex

- *Accessionũ & Constitutionem in morbis*
  - Morbi uerò ipsi, & anni tempora, & periodorum inter se proportionis obseruatio, siue ex quotidie, siue alternis, siue maiore interuallo fiant, paroxysmos, & statum morborum indicabunt. Sed & ex ijs quæ postea apparent, indicia sumuntur. Velut in pleuritide, sputum si statim initio appareat, breuem fore denunciat: si uerò posterius conspiciatur, longam. Quinetiam urinæ, alui fæces, sudores & iudicatu faciles aut difficiles, & breues aut longos morbos fore, quum superueniunt, demonstrant. 1.aph.12.
- *Ex urina*
  - Quæ per uesicam permeant, spectare oportet, an talia sint qualia secunda ualetudine subeunt. Nam quæ his minimè sunt similia, insalubriora: quæ uerò ualentibus similiora, minimè insalubria. 7.aph.66.
- *Natura & ætate corporum.*
  - Magna ex parte senes iuuenibus minus ægrotant: Quum aũt diuturnis morbis correpti fuerint (ut sunt grauedines, raucedines, & alij huiusmodi morbi frigidi) ferè unà moriuntur. 2.aph.39.
  - Minus periculosè ægrotant ij, quorum uel naturæ, uel ætati, uel cõsuetudini, uel tẽpori familiaris morbus est, quàm quibus horum nullo affinis cognatusq; existit. 2.aph.34.
  - Qui ualdè crassi naturâ sunt, &c. 2.aph.44. suprà in Physiologicis.
- *Parte corporis laborante*
  - *Ante morbum.*
    - Sed & si qua ante morbum pars laborauerit, ibi morbi erit sedes. 4.aph.33.
  - *Post morbum.*
    - Quibus ex morbo conualescentibus pars aliqua laborat, eò abscessus fiunt. 4.aph.32. (confluentibus s. in eum locum undiq; superuacuis.)
- *Osse–*
  - *Laborãte.* Propter os ægrotãs caro liuida, malum. 7.aph.2.
  - *Perfectio.* Perfectum os aut cartilago, &c. 6.aph.19. suprà in Physiolog.
  - *Nudatio*
    - Ab ossis nudatione erysipelas. 7.aph.19. (s. uideri in carne circũstãte, malũ. Subintelligendũ, quia significat sanguinem calidiorem flauamq; bilem confluere, quæ partes adiacentes sua acrimonia absumit.)
- *Sõno* *
- *Sudore* †

Prognostica ex

- * Somno
  - An de albo oculorum quid appareat
    - Sed in somnis etiam an de oculis aliquid subappareat, spectare oportet. Nam si quid non exactè commissis palpebris de albo appareat, modò non ex alui profluuio, aut medicamenti potione accidat, malum signum est, & ualdè perniciosum. (quia significat palpebrarum siccitatem, aut facultatis ipsas mouentis imbecillitatem extremam in cerebro.) 6.aph.52.
  - Labore à somno
    - Quo in morbo somnus laborem adfert, (eo s. morbi tempore quo plurimùm conferre solet, ut in declinatione) est mortiferum: Si uerò leuationem, minimè est mortiferum. (Sed cum alijs signis salubribus sanitatem indicat) 2.aph.1.
- † Sudore
  - Calido uel frigido
    - Sudor multus, (qui s. erumpit non in die critico, sed in toto morbi tempore) frigidus calidúsue semper fluens, frigidus lógiorem, calidus breuiorem morbum significat. 4.aph.42.
  - Multo per somnum facto
    - Sudor multus per somnum factus absque manifesta in corpore causa, copiosiore cibo corpus uti significat: Quòd si parcius epulāti hoc accidat, uacuatione indigere sciendum est. 4.aph.41.
  - Horrore insequente
    - A' sudore horror, non bonum. (utpote uniuersis noxijs per sudorem non expulsis, sed iuxta sensiles partes hærentibus.) 7.aph.4.
  - Corporis certa parte
    - Qua corporis parte sudor, ibi morbus. (quia sudores à natura propellente facti sine externa causa, locorum affectorum humiditatem euacuant.) 4.aph.38.
- Atrabiliari
  - Morbis quibusuis incipientibus, si atra bilis suprà infráue exierit, perniciosum. (quia talis excretio nó est critica, sed symptomatica.) 4.aph.22.
- Nigra
  - Excrementa alui nigra sanguini atro similia, sponte euntia siue cum febre, siue citra febrem, pessima: & quantò ipsorum colores peiores fuerint plures, eò deteriora. A' medicamento autem talia exigi, melius est, idq; quantò ipsorum plures fuerint colores. (quia ostendit praualuisse naturam, quæ uitiosos humores unà cum medicamento superauit.) 4.aph.21.

Deiectio ne

- *Nigra uel atrabiliari sanguinea* — Quibus per morbos acutos, aut diuturnos, aut uulnera, aut alium modum extenuatis, atra bilis, aut uelut sanguis niger subierit, postridie moriuntur. (scil. propter uirium imbecillitatem, & morbi magnitudinem.) 4. aph. 23.
- *Multa* — Quæ uacuantur multitudine metienda non sunt, sed si quæ oportet uacuentur, & facilè ferant. Atq; ubi ad animi deliquium educere conuenit, faciendum, si ægrotus par esse possit. (ut fit in magnis inflammationibus, ardentissimis febribus, & uehementissimis doloribus.) 1. aph. 23.
- *Biliosa* — Quibus deiectiones sunt biliosæ, superueniente surditate (repentina, ut in febribus fit, non de habituali loquitur) cessant: & contrà quibus surditas adest, biliosorum deiectione finitur. (ratione reuulsionis scil.) 4. aph. 28. uide etiam 4. aph. 60.
- *Syncera* — A syncera deiectione dysenteria (eueniens) malum. (quia intestinum aliquod ab acri humore exedi significat, unde exulcerationes hæ accidunt.) 7. aph. 23.
- *Strigmentosa* — Et quibus hypochoremata si residere permiseris nec moueris, subsident ueluti strigmenta, quæ si pauca sint, paruus morbus est: si uerò multa, magnus, his aluum inferne purgari conducit. 7. aph. 67.
- *Cruda* — Quibus cruda deorsum subeunt, ab atra sunt bile: si plura copiosiore, si pauciora minore. 7. aph. 68.

Vrina, &c.

Prognostica ex Vrina

Substantia

- *Crassa multa & alba* — Vbi spes est ad articulos abscessum iri, (ut fit in morbis longis) abscessu liberat urina multa crassa & alba reddita: qualis in febribus laboriosis quarto die quibusdam exire incipit, (etiam ab abscessu liberat. Quod si ex naribus etiam sanguis perfluxerit, breui admodum solutio (morbi) fit. (sine abscessu ullo.) 4. aph. 74.
- *Inæqualis* — Quibus diuersæ sunt urinæ, ijs uehemens fit in corpore turbatio. (quia superante natura omnia æqualiter unita sunt: morbificis uerò causis illi seditiosè reluctantibus, illud quod uincitur & concoquitur aliam habet formam, quod uerò reluctatur, aliam.) 7. aph. 33.

Quantitate.

Quantitate. { Mictus noctu plurimus, paruã deiectionẽ significat. 4.aph.83.

Qualitate— { Quibus pellucidæ & albæ sunt urinæ, (aquosæ, quæ non sunt tinctæ) malæ, præsertim si in phreneticis appareant. (& febricitantibus: nam natura coquente, tingitur multa bile urina & deiectio, quæ bilis cum tota in cerebrum rapitur, febrim auget, & phrenitidem excitat.) 4.aph.72.

Superficie { Adipali { Quibus in urina adipalis superficies est & conferta, ijs nephriticum & acutum morbum adesse significat. (quia signum est colliquationis tàm corporis totius quàm renum adipis) 7.aph.35.

Bullosa { Quibus in urinis superstant bullæ, nephritim, & longam fore inualetudinem significant. 7.aph.34.

Hypostasi, biliosa { Quibus in urinis biliosa sedimenta, sed suprà tenuia apparuerint, acutum. (ideoq; breuem) morbum significant. 7.aph.32.

Morbis { Acutis { In morbis acutis nõ omninò certæ sunt mortis aut salutis prædictiones. (ob subitas quæ in his contingunt mutationes, & humoris noxij ex uno loco ad alterum translationem.) 2.aph.19.

In morbis acutis frigus partium extremarum. (s. absq; manifesta causa) malum. (quia significat uehementissimam alicuius uisceris. Vt Iecoris aut Ventriculi inflammationem, cuius calor instar cucurbitulæ sanguinẽ ad se trahit, unde extremæ partes refrigescunt, sanguine destitutæ.) 7.aph.1.

In morbis acutis cum febre quasi gementium suspiria (h.e. quæ in medio sui interrumpuntur) mala. (quia indicant uel musculorum & neruorum duritiem, uel uirium imbecillitatem, uel dolorificũ aut conuulsorium aliquem affectum.) 6.aph.54.

Diuturnis— { In morbo diuturno cibi fastidium & syncera deiectiones (h.e. unius alicuius humoris solius) malum. (illud enim facultatis imbecillitatem quæ ad finem morbi durare uix poterit, hæ uerò natiuam omnem humiditatem exustam esse à calore febrili demonstrant.) 7.aphor.6.

Lassitudine spontanea. Spontaneæ lassitudines (hoc est, sine ullo motu corporis & animæ natæ) morbos (s. febres si in toto corpore sentiātur, uel morbos partium in quibus consistant illæ lassitudines) denunciant. 2. aph. 5.

Dolore

- **Non percepto.** Qui ab aliqua corporis parte dolentes, (hoc est, habentes aliquam affectionem, quæ dolores excitare consueuit) ferè dolorem non sentiunt, ijs mens ægrotat. 2. aph. 6.
- **Duplici, nō eundem locū occupante.** Ex duobus simul doloribus non eundem locum occupantibus, qui uehementior est, alterius sensum obscurat. (quia uis sensibilis tota ad uehemētiorem ducitur, cui etiam magis occurrendum.) 2. aph. 46.

Calore uel frigore. Qua parte corporis (aut toto corpore) inest calor (s. insignis) aut frigus, (spontaneum & perseuerans) ibi morbus. (necessariò est: talis enim recedit à temperie naturali quæ sanitas est: sanitas autem in cōmoderatione calidi, frigidi, humidi & sicci consistit.) 4. aph. 39.

Ardore uehementi. Propter ardores uehemētes (uel febres uel ambientis feruorem, uel cauteria, uel eschara intelligas) conuulsio aut tetanus, malū. (propter neruorū siccitatē, quæ pessima & incurabilis est.) 7. aph. 13.

Mutatione qualitatum. Quando toto corpore mutationes acciduīt, ut si corpus (modò) refrigeretur, & uicissim calefiat, uel color alius ex alio oriatur, longitudinem morbi significant. (quia ad hanc diuersitatem humorū concoquendam, natura longo tempore indiget.) 4. aph. 40.

Crisi

- **Imperfecta.** Quæ à morbis post crisim relinquuntur (humorum scil. prauorum reliquiæ) recidiuos morbos facere consueuerunt. (quia in putredinem conuertuntur, febres accendunt, & alios morbos excitant, nisi in tempore uacuentur à medico. 2. aph. 12.
- **Instante.** Quibus crisis fit, nox quæ accessionem præcedit grauis, (quia somnū interrumpi contingit) quæ uerò subsequitur, leuior ferè solet existere (natura scil. à superuacuis & molestis humoribus exonerata.) 2. aphor. 13.
- **Futura.** Quibus die septimo futura crisis est, ijs urina rubram die quarto (qui index est septimi) nubeculam habet, cæteraq; pro ratione. (Et multò magis alba nubes, & adhuc magis sublimamentum album, leue, æquale, & consistens, aut id quod subsidit, si tale appareat, sufficiens est signum futuræ crisis.) 4. aph. 71.

Morbo-

Morborum acutorum termino — *Morbi acuti (f. simpliciter ita dicti) iudicantur intra dies quatuordecim. (ita ut non ultra decimumquartum proroz geetur, licet alium diem anticipare possit. Acutorum autem ex decidentia terminus est quadragesimus dies, Hippocrati in prognost.) 2.aph.23.*

Dierũ Indicatorum & Criticorũ numero — *Index septimi quartus, Sequentis septimanæ octauus initium. Spectandus quoq; est undecimus, siquidem is secũdæ septimanæ quartus est. Rursumq; decimusseptimus spectandus: is enim à quartodecimo quartus est, & ab undecimo septimus. 2.aph.24.*

In Therapeutice consideratum — *Regulas Medendi generales*:

Ad extremos morbos, extremæ exquisitè comparatæ curationes, optimæ. (Vt tenuissimus victus, & ualentiora ab initio remedia: quia hic non dantur induciæ.) 1.aph.6.

Qui à plenitudine. (f. humorum) morbi fiunt, uacuatione curantur: & quæ ab inanitione proficiscuntur, sanantur plenitudine. Cæterorumq; contraria sunt remedia. (quia omne contrarium curatur suo contrario. Vt Gal. ait in 11. Therap. Methodi cap. 12.) 2.aph.22.

Semel, multum & repentè uel uacuare uel replere, &c. 2.aph.51. Vide supra ἐν τῷ ὑγιεινῷ *Repletionem uel Inanitionem.*

Non, si rectâ ratione gerenti omnia secundum eam minus succedat, protinus est ad aliud: (hoc est, contrariũ) transeundũ, modò illud cõstet quod ab initio uisum fuit. (etiãsi nihil ex illius usu sit effectũ, modò nõ aliud interueniat symptoma, quod à priore instituto recedere nos cogat.) 2.aph.25.

Non, si quid in morbis acutis fiat præter rationẽ leuius, fidere oportet, (quando s. subitò cessat symptoma, & remittitur, idq; nulla euacuatione corporis fiat, nec apparente quidem ullo concoctionis signo.) nec turbari nimis, si quid temerè grauius acciderit. (ut spirandi difficultas, delirium, rigor, febris) Istiusmodi enim multa sunt incerta, nec durare diu, aut persistere solẽt. (tantumq; abest, ut malum aliquod significẽt. Vt etiam futuram breui morbi iudicationem ostendant, præsertim ubi priùs signa concoctionis apparuerint.) 2.aph.27.

Quæ perfrigerata sunt, excalfacere oportet, præter ea quæ sanguinem profundunt, aut breui sunt profusura (quia tum intemperie frigida postbabita sanguinis eruptioni succurrendum frigidis & astringentibus. Vtpote à qua maius periculum ægrotanti imminet.) 5.aph.19.

Quæ decernuntur decretáue sunt iustè (sufficienter & perfectè) nec mouere, nec aliud quicquam nouare, siue medicamentis, siue alijs irritamentis fiat, sed omittere oportet. (Et omnia naturæ permittenda, ne eius actionem turbemus, quæ in hoc tota est, ut materias nocentes expellat. Si uerò quicquam deficiat, Medici est, ut id quod deficit, suppleat, euacuans ea quæ ab imperfecta crisi sunt relicta, ne recidiuam faciant.) 1. aph. 20.

Partes, uidelicet
- *Diateticen.*
- *Pharmaceuticen.*
- *& Chirurgiam.*

De quibus paginis sequentibus.

Diæteticen, ubi expendit Hipp. tum
- *Morborũ tempora, uel*
  - *Vniuersalia: nã si tempus ad uigoré fuerit*
    - *Longius, ut in Chronicis & acutis ex decidétia, plenius erit cibandũ*
      - *Victus tenuis & exquisitus & in morbis longis semper, & in acutis ubi non conuenit, (ut in acutis ex decidétia, qui post sunt ad quadragesimum diem protrahi) parùm tutus. (quia uires demolitur, quas præstat tum fouere, tum integras, ut morbi diuturnitati pares esse queant, seruare.) Rursumq; uictus qui ad extremam peruenerit tenuitatem, (ut est mera inedia ad crisim usq; seruata) molestus. Siquidem quæ ad summam plenitudinem perductæ sunt repletiones, molestæ.* 1. aph. 4.
    - *Breuius, ut in acutis, parcius alendum, sic*
      - *Quum morbi uis est maxima. (uidelicet in uigore uel statu) tum uel tenuissimo uictu est utendum.* 1. aph. 8.
    - *Breuissimum, ut in peracutis, tenuissimè maximè initio cibandum ægrotantis corpus*
      - *Quum itaq; morbus peracutus est (qui s. statim circa primos dies in summo uigore consistit) extremos protinus labores habet, summéq; tenuissimo uictu est utendum: (ne natura quæ contra morbum pugnabat, eo relicto ad coctionem cibi se conuertat.) Quum uerò non est, sed pleniorem uictum licet exhibere, tãtum de extrema uictus tenuis*

tenui ratione remittendum, quanto extremus morbus fuerit remissior. 1. aph. 7.

Quibus itaque uigor statim futurus est, tenuiter statim cibare oportet: quibus autem posterius, & in ipso uigoris tempore, & paulò sub ipsum de uictu demendum: Antea uerò plenius alendū, ut ægrotus perferre queat. (s. morbi uigorem, pleniore cibo firmatus.) 1. aph. 10.

Particularia

In ipsis tamen exacerbationibus cibum adimere oportet, (si s. per uires & naturam ægrotātis id permittatur) nam præbere noxium. Et cùm per circuitus redeunt morbi, in ipsis accessionibus abstinendum. 1. aph. 11.

Quibus per statos circuitus (h. e. per certum ordinem temporis redeuntes) accessiones fiunt, nihil dare, nec cogere, sed demere oportet ante iudicationes. (ne s. natura tota occupata in concoquendo morbo, ad conficiendos cibos reuocetur.) 1. aph. 19.

Vires ægri

In tenui uictu peccāt ægroti, quò fit ut magis lædātur: (tū quia natura à tali uictu debilitatur, tū quia trāsitus ad eum est insuetus, & uiriū iam imbecillium reliquias facilè deijcit error aliquis superueniēs) siquidē quoduis peccatū grauius hic quam in paulò pleniore uictu esse solet. Eadē de causa sanis etiā ualdè tenuis, stataq; & exquisita uictus ratio parùm tuta: quia errata grauius ferunt. (delinquentibus s. est periculosior uictus ratio tenuis: nā in libro de uictu acutorum tenuiorem uictū meliorem prædicat.) Quare tenuis exactusq; uictus paulò pleniore existit maxima ex parte periculosior. 1. aph. 5.

Sed & ex ægroto (s. eius uiribus) coniecturam facere oportet, an is cum præscripto uictu perstet ad morbi usq; uigorem, an ùe prius deficiat, imparq; cum tali uictu succumbat, quàm cedat morbus & obtundatur. (nam si imbecillior fuerit, adijciendum aliquid uictui & tantò plenior est adhibendus, quantò pleniorem natura imbecillior postulat, inde & in uigore aliquando propter uehemens aliquod symptoma nutrire cogimur.) 1. aph. 9.

Cibi, tū Quantitaté Continuam

Impura corpora (in quibus sunt aliquæ reliquiæ humoris corrupti per morbum) quò plus nutriueris, eò magis læseris (quia corrumpitur alimentum adueniens corpori cacochymo, si est familiare alimento cacochymiæ.) 2. aph. 10.

Qui aduersa ualetudine abundè initio comedunt nec proficiunt, (quod fit uel quia facultas nutrix imbecilla est, uel abundant humores noxij, uel plenius

quàm pro naturæ modo cibãtur) ij ferè tãdẽ omnes in cibi fastidiũ incidunt: Contrà, qui initio forti inedia usi, cibũ postea appetere incipiũt, in ualetudine faciliùs liberãtur. (Nã si perseueret deiecta appetitia, significãtur reliquiæ humorũ uacuandorũ.) 2.aph.32.
Si à morbo bellè comedẽti corpus nõ proficiat (h.e. carnosum, uegetũ, floridũ fiat) malũ. (quia fit uel ex facultatis naturalis corporis imbecillitate, uel ex malorũ humorũ superabũdãtia.) 2.aph.31.

Discretam
- Quos etiam semel aut bis, & plus minúsue & minutatim alere conueniat, spectandũ. (Videlicet ex uiribus ægri & dispositione eius q est uel robustus uel imbecillus, plethoricꝰ uel exuccus, &c.) Dandũ uerò aliquid tẽpori, regioni, ætati & consuetudini. 1.aph.17.
- Quæ longo tempore extenuata sunt corpora, &c. 2.aph.7. Vide suprà ἐν τῷ ὑγιεινῷ.

Qualitatem
- Paulò peior, sed suauior cibus & potus, (idem de alijs nõ naturalibus rebus intelligatur) meliori quidem, sed ingrato præferendus. (quia quæ cũ uoluptate sumũtur, ea uentriculus amplexatur auidiùs, & magis cõcoquit, sicut illa quæ displicẽt, refugit, unde nauseæ, flatus, & fluctuationes sequũtur.) 2. aph.38.
- Victus humidus quũ febricitãtib. omnibus, &c. 1.aph.16. suprà ἐν τῷ ὑγιεινῷ.

Pharmaceuticen, quoad
- Medicamenta ipsa, uel
  - Alterantia
    - Calida, quibus partibus & affectibus conueniant uel incommodent. Vide suprà in Pathologia causarum calidarum.
    - Frigida, quibus
      - Conducant Affectibus. ibidem.
      - Obsint
        - Partibus corporis.
        - affectibus.—
        - ibidem in Pathologia de causis ratione nimij usus calidorum uel frigidorum.
  - Purgantia— Elleborus periculosus sanas carnes habentibus. Conuulsionem enim ingenerat. (s. ex inanitione: consequitur enim ferè humiditatibus absumptis.) 4.aph.16.
- Affectus purgatione indigentes.
- Motum morborum.
- Causas.
- Tempus anni.
- Corporis præparationem & aptitudinem. ——— De quibus mox uersa pagina agetur.

Pharmaceuticen, quo ad uidelicet

Affectus purgatiōe indigentes

Non febricitanti cibi fastidium, cordis dolor καρδιωγμὸς. i. oris uentriculi morsus, uertigo tenebricosa, & oris amaritudo, purgatione per superna opus esse significant. (nam hæc symptomata communia sunt humorum omnium mordacem naturam habentium, & qui alta petunt, ergo per superiora tales purgandi, iuxta aphorismum uigesimumprimum sectionis primæ.) 4.aph.17.

Supra septum transuersum dolores, quicunq; egent purgatione, per superna purgandum esse significant: Qui uerò infra sunt, per inferna. (In pleuritide tamen peripneumonia & dolore capitis non est ciendus uomitus: quia materia illos affectus committens non est in uentriculo, nec in uia per quam uomitione excernatur.) 4.aph.18.

Si citra febrem tormina adsint, et genuum grauitas, & dolor lumborum, inferna purgatione opus esse significant (pro impetu uidelicet & motione noxiorum humorū quò per naturā impelluntur.) 4.aph.20.

Motum morborum

Quæ matura cocta'q; sunt medicari ac mouere oportet, (quia tunc natura pellente & pharmaco attrahente facilior sequitur prauorum & peccantium humorum eductio,) non cruda, (quia cruda ob crassitiem & frigiditatem tardi sunt motus, nec pharmaco obediunt, unde ex commotione praua sequuntur symptomata, & tantò grauiora, quantò Medicamentum fuerit generosius) nec per initia, nisi suopte cieantur impetu, (nam qui agitantur, & de loco ad locum fluunt, Medicamento uacuare primo quoq; tēpore licet, humores) id quod perrarò fieri solet. (quia sæpiùs in parte sunt firmi humores, in qua cōcoquuntur.) 1.aph.22.

In morbis acutis rarò, & per initia medicamento purgante uti oportet. (quia rarò turgent humores in principio, qui præcipuam offerunt purgationis initiò faciendæ occasionem.) Nec uerò id inconsideratè faciendum. (Nam in longis morbis semper expectanda concoctio: sed in acutis in quibus turgent, aut saltem fixi non sunt humores, inter initia purgandum, ne morbus inualescat, dissoluantur uires, & in partem aliquā principem decumbant.) 1.aph.24.

Incipientibus morbis si quid mouendum uidetur, (uel uenæ sectione uel purgatione) moue: Vigentibus autem quiescere multò præstat. (quia in uigore symptomata omnia cū sint acerbissima, & natura sit intenta morbo profligando, ea Medicamentis ab instituto non est auocanda. Accedunt etiam uires tum temporis debiles.) 2.aph.29.

Purgandum in ualdè acutis, (h. e. peracutis morbis qui statim circa pri-

mos dies uigent) si ad sui excretionem irritet materia, eodem ipso die: differre enim in talibus malum. (ne s. robur corporis dissoluatur, febris caliditas augeatur, aut ad aliquod membrum principale decumbant ij qui per corpus uagantur humores, & mortem repentinam inducant.) 4.aph.10.

Prægnantes purgabis si materia turgeat, quadrimestres, & usq; ad septimum mensem, (tali enim intermedio tempore fortiora sunt ligamenta, & prægnans fortiores motus sustinere sine fœtus offensione potest, sicut tum fructus ab arboribus difficulter auelluntur) sed has parciùs. Minore uerò (s. infra quartum mensem) aut grandiore (ultra septimũ mensem) conceptu, abstinebis. 4.aph.1. Et 5.aph.29.

Causas, nempe humoris
- Vacuandi
  - Qualitatem
    - *In turbationibus alui (h. e. profluuijs intestinorum) & uomitionibus quæ sponte fiunt, (h.e. impetu facultatis naturalis, non à causa externa) si qualia oportet purgentur, (quæ s. qualitate sua corpus infestant) confert, & facilè ferunt: (quia facilitas tolerantiæ indicium est quòd talis uacuatio facta est qualis erat facienda) sin minus, contrà fit. Sic & uasorum depletio (h. e. Medici uacuatio) si qualem fieri oportet, fiat, confert & facilè ferunt: Sin minus, contrà accidit (h.e. si alius humor præterquam noxius à Medico uacuatur, contrarium accidit: neq; enim confert, & grauiter ferunt ægrotantes.) Proinde & regionis & temporis & ætatis & morborum habenda est ratio, in quibus talia uacuari conueniat, nec ne. (Hæc enim ostendunt qualis humor superabundet & uacuandus sit: sicut & color ægri, & morbi ipsi. Vt tertiana significat bilem abundare, &c.)* 1.aph.2.
    - *Purgantium medicamentorum usu talia è corpore educenda, qualia sponte etiam prodeuntia, iuuant: Contrario uerò modo exeuntia, sistenda. (& maturè utpote quæ nõ iuuent ægrum, sed offendant. Est aũt eiusdem cũ præcedenti sententiæ.)* 4.aph.2.
    - *Si qualia oportet purgentur, confert, & facilè ferũt: Contrà uerò si fiat, grauiter.* 4.aph.3.
  - Quãtitatem
    - *Quæ uacuantur copia metienda non sunt, &c.* 1. aph.23. *Vide suprà in Semeiotice Prognostica ex detectione multa.*

Vacuati

- Vacuati
  - Quantitatem
    - Nimiam, uel Imminutã.
      - Quum elleborũ citare uoles, moue corpus: quum uerò sistere, somnum concilia, nec moue. (quia ea quæ sistunt purgationem, sunt contraria ijs quæ cien uomitum.) 4.aph.15.
    - Imminutã.
      - Poto elleboro (siue quouis alio medicamento, corpus mouendũ potiùs, quàm somno tradendum aut quieti. (quia in quiete & somno concoctrix & retentrix uigent, ac quantum in ipsis est, actionem medicamenti frangunt.) Nam uel nauigatio indicat motione turbari corpora (non enim mare tantùm prouocat ad uomitum, sed & in mari corporis agitatio.) 4.aph.14.
- Tempus anni
  - Sub Canicula & ante Caniculam difficiles sunt purgationes. (& omnes aliæ insignes & magnæ uacuationes quomodocunq; fiant: quia plures incidunt in febres, & natura ex æstu debilis magis ex purgatione dissoluitur. Item quia calor ambientis in contrariam partem medicamento trahit, extrinsecam s. Hoc autem de uehementibus & electiue soluentibus intelligendum potiùs: nam lenientia etiã hoc tempore concedi possunt.) 4.aph.5.
  - Aestate per superiora potiùs, hyeme per inferiora purgare conuenit (æstate enim utplurimùm uentriculus bile laborat, quæ naturã sua superiora petit, & orificium uentriculi mordicat, quò autem tendit humor, eò est educendus. 1.aph.21. Hyeme uerò contrà pituita redundat, quæ ob grauitatem deorsum deturbatur, unde per aluum magis tum purgandum.) 4.aph.4.
  - Quibus uenæ sectio aut purgatio prodest, his uere secanda uena (si scilicet, ex plenitudine affectus est) aut purgatio (si ex cacochymia) impetranda. (aliquando etiam autumno, si ita necesse est: loquitur autem de his potissimùm qui [illegible] præseruatione à morbo aliquo, consueto, singulis annis remedio utuntur.) 6.aph.47.

Corporis præparationem & aptitudinem, tū quoad

- **Habitum uel**
  - **Firmum & Sanum**
    - Qui corporum salubritate sunt præditi, ij purgātes hausto Medicamento (ualido *s.*) statim deficiunt, (quia Medicamentum cùm non inuenit humorem sibi familiarem in homine temperato redundantem, ut trahit & colliquat sanas partes, eumq; trahit, qui unà cum sanguine mistus essentiam partis & totius constituit)ut & qui prauo alimento utuntur (hi etiam si affatim purgentur, exoluuntur, propter acrium & mordacium humorum abundantiam, qui transitu suo molesti sunt.) 2.aph.36.
    - Qui integra sunt corporis ualetudine, medicationes ægrè molesteq; ferūt. (quia & uertigines, tormina, & syncopas patiuntur, quod fit: quia medicamentum proprium nō inueniens humorem educendum, absumit sanguinem & colliquat carnes, ut ex ipsis proprium trahat humorem.) 2.aph.37.
    - Elleborus periculosus sanas carnes habētibus, &c. 4.aph.16. Vide in Pharmaceutice purgantia Medicamenta suprà.
  - **Difficulter solubilem**
    - Qui ad ueratrum non facilè suprà purgantur, eorum corpora ante potionem copiosiore alimēto & quiete præhumectanda. (quia ellebori sumptio periculum conuulsionis afferet, ijs quib. nerui aliæq; corporis partes exiccatæ fuerint.) 4.aph.13.
    - Quum elleborum citare uoles, &c. 4.aph.15. Vide præced. pag. humoris uacuati quantitatem, &c.
- **Vias, per quas uacuādum**
  - Quæ educere oportet(*s.* relicta ab imperfecta crisi) quò maximè uergere uidentur(motum naturæ animaduertēdo quò uergat)ducito, uijs ac locis utiliter eò ferentibus. (ut intestina, deiectionibus: uesica, urinis: uentriculus, uomitionibus: cutis, sudoribus uacuanda) 1.aph.21.
  - Corpora quū quis purgare uolet(uel per uomitū uel per aluū) ea fluxilia faciat oportet. (quòd fit meatibus per quos ducēda est materia benè reseratis, & humorib. crassis ac glutinosis abstersis & extenuatis, ut ad fluendū sint quàm paratissimi. Notandū aūt quòd in acutis morbis sæpè ista nō seruatur præparatio, [illegible]mper necesse est præparare humores.) 2.aph.9.
  - Graciles(qui ut plurimùm sunt biliosi) & ad uomendum faciles per superna purgare, (*s.* conuenit)nisi hyems adsit. (nam purgamus hyeme sæpiùs per inferiora.) 4.aph.6.

Aegrè

Aegrè uomentes & modicè carnosos, ἰσσάρκους, infernè purgato, (tales enim non sunt cogendi ut uomant, ne uas aliquod rumpatur in pulmonibus) deuitans aestatem. (hoc enim tempus per superiora purgationē magis requirit.) 4.aph.7.

Obnoxios phthisi suprà ne purgato. (sed per inferiora potiùs, propter instrumentorum s. quae respirationi inseruiunt angustiam, & eorum imbecillitatem: nam facilè in tali angustia ob uehementem motum uomitus rupta uena in pectore sputum sanguinis superuenit, inde phthisis.) 4. aphoris. 8.

Melancholicos infrà uehementiùs purgabis, eadem ratione contrariam iniens uacuandi uiam. (quia ut grauis humor deorsum tendit, per inferiora utpote loca cōferentia ualentiore medicamento est purgandus.) 4.aph.9.

- *Chirurgiam, uidelicet uenae sectionē, de qua tractat*
  - *Generaliter, ratione*
    - *Quantitatis euacuationis*
      - *Athletarum plenior habitus corporis, si ad summum sit plenitudinis gradum perductus, lubricus est: neque enim eodem permanere aut consistere potest: (quia natura semper coctionem, alimenti distributionem, sanguinis generationē, agglutinationem & assimilationem operatur. Vnde quando nihil adijci solidis partibus potest, nec uenae ampliùs habent conceptaculum, in quod alimentum distributum recipiatur, periculum instat aut diruptionis uasorum, aut suffocationis caloris naturalis, & mortis repentinae.) quum uerò non consistat, nec iam possit in melius proficere, superest ut recidat in deterius. Quamobrem plenior illa corporis habitudo haud cunctanter est soluenda, quò corpus nouae nutricationis initium capiat. Non tamen usq; eò uacuando pergi uelim, ut uasa in se penitùs considant: hoc enim tutum non est: sed quatenus natura feret, eò usque progredi oportet. Sic & extremae uacuationes periculosae: contraq; repletiones, extremae si fuerint, similiter periculosae. 1.aph.3.*
    - *Temporū anni*
      - *Quibus sanguinem è uenis detrahere conducit, ijs uere secanda est uena. 7.aph.53. Vide etiam 6. aph.47. suprà in Pharmaceutice.*
  - *Particulariter, in affectibus partium agetur in sequentibus.*

Quia

Quia uerò tota Medicina ad operationem refertur, ideo Hipp. etiam agit de affectibus, tum

- Vniuersalibus, ut
  - Febribus
    - In genere
      - Prognostica ex
        - Spasmo superueniente.
        - Surditate.
        - Lachrymis, &c. de quib. in hac & sequēti pagina, ordine tractabitur.
      - Curatio.
    - Continuis.
    - Intermittentibus, &c.
  - Tumoribus.
  - Vulneribus.
  - Vlceribus.
- Particularibus, respicientibus uentrem, uel
  - Supremum, s. caput.
  - Medium, partium s. spiritualium.
  - Infimum, naturalium uocatarum partium.

Febribus — In genere — Prognostica ex

- Spasmo superueniente: Conuulsioni (s. ex repletione frigidorū & crassorū humorū, quæ sanis repentè fit) febrem accedere (s. sponte naturæ superueniens) satius est, quàm febri conuulsionem. (uidelicet ex siccitate, malum hoc est penè insanabile: quia longum tempus requiritur ad talem siccitatem remouendam. Imò hæc habitualis facta est insanabilis, & morbi acerbitas non fert inducias, sed uires deijcit, & mortem affert.) 2. aph. 26.
- Surditate: Quibus per febres aures obsurduerunt, ijs sanguis è naribus profluens aut perturbata aluus soluit morbum. (Euacuatis aut transmutatis s. noxijs humoribus: quia sublata causa, tollitur effectus.) 4. aph. 60.
- Lachrymis uoluntarijs & inuoluntarijs: Quibus in febribus aut alijs morbis uoluntariè illachrymāt oculi, absurdum non est: Quibus uerò præter uoluntatem, absurdius. (quia ostendunt magnam imbecillitatem facultatis naturalis retentricis. Idem est iudicium de excrementis, urinis, quæ ne in lecto quidem retinentur. Nota tamen quòd signa à naturalibus facultatibus sumpta per se sint ualdè imbecillia, nisi alijs signis consentientibus.) 4. aph. 52.

De Febribus — Continuis, &c. — Curatio

Suffocatione repetina. Si febre detento (f. uehementi quæ plurimùm refrigerij cordis requirit) suffocatio derepentè superuenerit, (quod fit ob defectum inspirationis, qui fit uel à conuulsione musculorum laryngis, uel ab inflammatione in faucibus, aut gutture facta, uel quia siccitate tenduntur ipsi musculi) nullo in faucibus apparente tumore, est mortiferum. (nam tumorem apparere significat cynanchen minus periculosam esse, & à partibus nobilioribus ad ignobiles & externas transferri à natura humores noxios.) 4. aph. 34.

Colli intorsione. Si febre detento repentè collum intorqueatur, (uertebris f. ad anteriorem regionem ceruicis luxatis) ac uix deglutire queat, nullo existente tumore (f. neq; in faucibus neq; extrinsecus) mortiferum est. (quia est symptoma proueniens ex inflammatione musculorum gulam mouentium, aut gulæ ipsius.) 4. aphor. 35.

Lentore circa dentes. Quibus per febres circa dentes lentor quidam obnascitur, ijs uehementiores sunt febres. (neque enim nasci possunt huiusmodi lentores sine caloris multitudine, pituitosiorem humiditatem exiccante.) 4. aphor. 53.

Pauore per somnum. In febribus per somnum (à somno, qui f. fit in declinatione febris, & tempore cõuenienti, in quo si noceat cùm iuuare debeat, malus est) pauores, (qui melancholicorum humorum copiam caput per somnum replentium & aggrauantium arguũt.) aut conuulsiones (quæ pituitosorum humorum multitudinem ostendunt) malum portendunt. 4. aph. 67.

Spiritu offendente. In febribus spiritus offendens, προσκόπτον, malum: conuulsionem enim significat. (f. ex inanitione: quia acuta febris musculos & neruos thoracem mouentes plus iusto exiccans, eam generat.) 4. aphor. 68.

Febrium prognostica, ex

- *Sanguinis copiosa eruptione.*
  - Quibus per febres sanguinis undecunq; eruperit copia, conualescentibus uentres humectantur. (quia cum sanguine multo multum caloris natiui & spirituum exhalauit, & quod remansit, cōficiendo alimento non sufficit, ob id ex cruditate sequitur humiditas & lubricitas alui, durans donec uires suas natura recuperauerit.) 4.aph.27.

- *Rigore sexto die inuadente.*
  - Febricitantibus (præcipuè febre ardente) si sexto die (utpote intercidente) rigores fiant, iudicationem habent difficilem. (quòd non naturæ motu, sed morbi malitiâ fiant: unde suspecta esse debet huius diei crisis, in quo nullus morbus iudicatur, nisi cum difficilibus symptomatibus, & maximo periculo.) 4.aph.29.

- *Rigore certo die repetente.*
  - Quibus in febribus certo die rigores repetunt, eodem febres soluūtur. (& ad ἀπυρεξίαν talium febriū intermissio peruenit: hoc est, quotidie sine febre sunt ipsi ægri, sed resoluto in prima accessione putri humore, remanet uestigium, & quasi seminarium putredinis, in quo postero uel sequente die aliquo rursus putrescit humor, unde noua accessio fit, fietq; dum putridorum humorum in corpore soboles aliqua manebit.) 4.aph.63.

- *Ictero ante septimum superueniente.*
  - Quibus super febres morbus regius superuenerit ante diem septimum, malum. (quia significat hepar inflammatione aut obstructione laborare: quia icterus ex crisi, sine affectu hepatis, ante septimā fieri tam citò non potuit. Crisis enim ante septimam nō fit, fit etiam icterus ex scirrho hepatis, sed hic est longus morbus. Inflammatio uerò & obstructio etiam repentè fieri possunt.) 4.aph.62.

- *Ictero, 7.9.11. aut 14. die superueniente.*
  - Quibus per febres morbus regius die septimo, aut nono, aut undecimo, aut quartodecimo superuenerit, bonum, nisi dextrum hypochondrium durum fit: alioqui, minimè bonum. (non e purgato enim quā in hepate est, sanguine, neq; translata bile ex uenis ad meatus bilem excipientes, siue obstructio fuerit in locis per quæ transfertur, siue inflammatio aliqua, uel scirrhus, necessarium omnino est, non expurgari sanguinem, & unà cum ipso bilem per totum corpus deferri, unde icterus generatur.) 4.aph.64.

- *Sudore, sed febre tamē nō desinēte.*
  - Febricitātibus sudor superueniēs febre ægrū nō deficiēte, malū. Prorogatur enim morbus (ratio est cur sit malus, sed causa prorogationis sequitur) & plus humiditatis inesse significat. (quam natura breui tempore concoquere non potest. Bonus uerò sudor est, qui sponte die critico prodiens, morbum soluit.) 4.aph.56.

Sudores

Sudore, bono & malo, & qui'nam talis sit. — *Sudores febricitantibus boni, qui manare coeperint die tertio, quinto, septimo, nono, undecimo, decimoquarto, decimoseptimo, uicesimoprimo, uicesimoseptimo, tricesimoprimo, & tricesimoquarto: ij enim sudores morbos iudicant. (sic in omnibus morbis acutis saluberrimi censentur sudores qui in critico die oriuntur, morbumq; finiunt.) Qui secus euenerint, (s. non in die critico) laborem, & morbi longitudinem aut eiusdem reditum significant.* 4. aph. 36.

Tuberculis longis, uel articulorum doloribus. — *Quibus longa tubercula, aut in articulis labores à febre fiunt, hi copiosiore cibo utuntur. (à Galeno non explicatus.)* 7. aph. 64.

Lassitudine — *Qui per febres lassitudinem sentiunt, ijs ad articulos, & iuxta maxillas potissimùm abscessus fiunt, (quod fit propter caliditatem febrilem sublata plenitudine ad caput, & postea eam suscipientibus articulis & adenis circa maxillam existentibus.)* 4. aphor. 31.

Hypochondriorum inflatione. — *Quibus elata hypochondria murmurant, (à flatuoso nimirum spiritu) lumborum superueniente dolore aluus humectatur, (quia cum spiritu commixta est modica humiditas, quam spiritus mobilis secum ad aluum deducit, nisi fortè humiditas & spiritus ab inuicem separentur, & humiditas quidem per urinã: spiritus autem per intestina uacuentur) nisi infernè flatus erumpant, aut urinæ multitudo prodeat. Atq; hæc in febribus. (s. accidunt, ijs quæ & ipsæ morbi sunt, non aliorũ morborum symptomata. In febrib. enim cùm imbecillis sit calor natiuus, fit ut minus rectè cocti cibi in flatus maximè resoluãtur.)* 4. aph. 73.

Corporis extenuatione nimia, uel permansione. — *Febricitantium nõ omninò leuiter, (h. e. grauiusculè & uelut media quadam febre inter mitem & uehementem) corpus sibi constare, nec minui, aut etiam plus æquo colliquefieri, malum. Hoc siquidem uirium imbecillitatem significat, (quod fit ob humorum tenuitatem, aliquando & cutis raritatem, ad quæ duo utplurimùm uirium imbecillitas sequitur, tũ enim celerrimè corpora emaciantur, & euacuantur per insensilem perspirationẽ.) illud (s. quod tale permanet corpus) morbi diuturnitatem (s. denotat, quod fit ex densitate cutis & humorum crassitie, unde longi morbi oriuntur.)* 2. aph. 28.

Aestu, & morsu cordis.	*In febribus circa uentriculum uehemens æstus (qui à bile in ipsis tunicis ebulliente generatur) & cordis (.i. oris uentriculi) morsus, malum. (quia propter consensum cordis deliquia animi, & mors aliquando subita euenit.) 4.aph.65.*
Abscessibus qui primis crisibus non soluuntur.	*In febribus abscessus qui primis iudicationibus non soluuntur, longitudinem morbi significant. (uel quia natura est imbecilla, uel quia materia est contumax, nisi mortem anticipet morbus.) 4.aph.51.*
Solutione diebus paribus uel imparibus	*Febricitantem nisi diebus imparibus febris reliquerit. (criticis pro imparibus meliùs legetur: quia & pares sunt critici) solet reuerti. (recidiua autem indicat, reliquias morbi superesse, quæ fit, nisi febris soluatur bona crisi, per insignem uacuationem humoris noxij iam concocti per loca conuenientia.) 4. aphor.61.*
Cute arida, uel laxa & rara.	*Quibus arida & dura cutis obtenditur, sine sudore moriuntur: (quòd uidelicet ob febris uehementiam humiditas omnis exhausta sit.) quibus uerò laxa & rara, cum sudore uita defunguntur. (quòd scilicet cuti illi insit adhuc aliqua humiditas, quæ iam propter extremam retentricis facultatis imbecillitatem exit.) 5. aphor.71.*
Vrina crassa, grumosa pauca	*Quibus non sine febri urinæ sunt crassæ, grumosæ (quæ ostendunt crassitudinis quantitatem, uel consistentiæ diuulsionem) & paucæ, (sunt autem tales urinæ paucæ: quia uix pertranseunt renes per angustias, ueluti per colum defæcatorium emunctæ) si ab his tenues (scilicet, tenuiores quàm antea & mediocres) & copiosæ (cùm prius fuerant retentæ propter crassitiem) meiantur, prosunt. (quia significat maiorem partem talium humorum malorum esse euacuatam, & reliquum simul concoctum.) Maximè uerò tales redduntur, in quibus statim ab initio, uel non ita multò pòst sedimentum apparuerit. 4.aph.69.*

- *In Febribus*
  - *In genere*
    - *Prognostica ex*
      - *Vrina turbata*
        - *Quibus per febres urinæ turbatæ, (quæ crudis humoribus refertas esse uenas indicāt, ubi Gal. 1. de crisibus) quales iumentorum, (quæ fiunt à materia crassa, quæ à calore mota, in spiritum soluitur.) ijs dolor capitis uel adest uel aderit (quia spiritus flatuosus unà cum calore promptè fertur ad caput.)* 4. aph. 70.
      - *Vrina sedimenti furfuracei.*
        - *Quibus per febres in urinis sedimenta crassiorem farinam referunt, longam inualetudinem fore significant. (quia crassa materia quæ exiguo tempore discuti non potest, in longum producit ægritudinem, si fuerint uires robustæ: si uerò debiles, morte præueniuntur antequàm ægritudo diutiùs producatur.)* 7. aph. 31.
    - *Causæ, ex Bubone*
      - *Ex inguinum tumore febres omnes malæ, (quia uiscera ipsa, atque adeò partes principes esse malè affectas significant, utpote quæ noxia & superuacua à se repellant in adenas, promptè hæc eadem suscipientes) præter ephemeras. (harum enim proprium est, ut à causa aliqua externa incipiant, & unica die naturali durent, quantùm ad ipsarum naturam pertinet.)* 4. aph. 55.
    - *Curatio, per*
      - *Victus rationem.*
        - *Victus humidus febricitantibus omnibus confert, &c.* 1. aph. 16. *suprà ἐν τῷ ὑγιεινῷ.*
        - *Si quis febricitanti cibum præbeat, quem sano exhibet, ualenti robur, ægrotanti morbus fit. (Vnde fit duorum alterum, uel, ut nutrientes, febrem augeamus, aut non nutrientes uires ægri dissoluamus. Hic prudenti coniectura utendum. Vt 1. aph. 9. docetur)* 7. aph. 65.
      - *Lac quibus febrib. prosit uel obsit.*
        - *Lac præbere capite dolentibus, febriculosis, (quia facilè acescit & corrūpitur in uētriculo, & promptè uertitur in bilem, & quia flatulentos generat uapores, qui elati in caput ipsum replent) & quibus hypochondria elata (h. e. ilia flatuosa: quia flatibus uentrem replet: & quia facilè euaporat, caput petit, & dolorem auget) aut murmurantia, & siticulosis, (qa celerrimè ab omnibus causis calidis lac ad fumosum alteratur) malum; Malum*

item quibus biliosæ deiectiones, febres acutæ, & copiosa sanguinis uacuatio facta est. Conuenit uerò tabidis non admodum ualdè febricitantibus, & febribus longis, & languidis, βληχεοῖσι, dum nullum ex suprà dictis signis adsit, & præter rationem extenuatis. (si s. nullum ex prædictis, ut capitis dolor, febres acutæ, tumida hypochondria, &c. obstiterit: quia pus in pulmone coaceruatum abstergit, ulcera eiusdem conglutinat, ac ægros nutrit.) 5.aph.64.

Medicamenta, ut aquã calidam.

Si febris sit non ex bile orta, (h.e. non ex humore aliquo, sed ex alijs causis, ut à lassitudine, exustione, frigore, obstructione meatuum.) multa aqua calida capiti superfusa febrem soluit. (Respirat enim & dissoluitur per ipsos reseratos humido tepenti febrilis calor, ac ita corporis habitus fœrè perefrigeratur. Nota quòd diarijs & hecticis cõferant balneæ: putridis uerò uel ex inflammatione aliqua excitatis non nisi priùs concoctis aut euacuatis humoribus.) 7.aph.42.

Cõtinuis: prognostica ex

Afflictione uehementiore in tertio.

Febres, quæ tertio quoque die (ut semitertianæ) uehementiùs affligentes, non intermittunt, (h.e. febres continuæ quæ ad ἀπυρεξίαν non desinunt) periculosiores: (s. sunt intermittẽtibus: quoquo modo aũt intermiserint, (hoc est, siue uehemẽs, siue lõga fuerit accessio) periculum abesse significant. (eo enim tempore quo uacant febre, uirtus se recolligere potest.) 4.aph.43. Et 7.aph.62.

Frigore externorum, & æstu internorum.

In febribus non intermittentibus si partes externæ algent, (ut fit in principijs accessionum) internæ uruntur & sitiunt, (quod etiam fit quando aliqua fortis inflammatio in parte corporis profundiori, uel Erysipelas euenerit: totus enim ex toto corpore sanguis ad locum trahitur affectum, ideoq; uruntur interna, sed cutis refrigeratur.) 4.aph.46. Et 7.aph.72.

Rigore

Rigore — Si rigor (qui totius corporis est concussatio maxima) febre non intermittente aegrum iam debilem inuadat (in ultimo naturae conatu) mortiferum est. (indicans summam imbecillitatem naturae, quae solita in rigoribus noxios humores euacuare, nunc id efficere non possit, quòd uicta ceciderit, & extinctioni proxima sit.) 4.aph.46.

Labro, oculo, supercilio aut naso peruerso. — In febre non intermittente si labrum, aut supercilium, aut oculus, aut nasus peruertitur (tensis uidelicet, & ad sua principia contractis neruis, qui ad eas partes pertingunt) si non uidet, si nõ audit, (propter facultatis s. animalis debilitatem) imbecillo iam corpore, quicquid horum acciderit, in propinquo mors est. 4.aph.49. Et 7.aph.73.

Dyspnaea, & delirio. — Vbi in febre non intermittente difficultas spirandi & delirium acciderit, letale. (quia febris continua etiam per se satis est efficax ut uires prosternat, multò magis si haec accesserint: fit autem interdum utrunque horum ex eadem causa, patiente uidelicet cerebro, & tunc apparet spiritus magnus & rarus.) 4. aphor.50.

Excreationibus liuidis, cruentis, foetidis, &c. — Excreationes in febribus non intermittentibus liuidae (quae partis unde excernuntur mortificationem significant) cruentae (quae uasorum apertionem uel erosionem à biliosis humoribus factam indicant) foetidae (quae putrefactionem insignem sequuntur) biliosae (quae bilis abundantiam in continuis febribus notãt) omnes malae: commodè tamen si prodeant, bonae. (quia partem malè affectam expurgant, quae fieri solent peracta iam coctione, & aegro facilè tolerantes quia coctio & bona tolerantia sunt maxima indicia laudabilium excretorum.) Sed eadem quoque est eorum quae per aluum, & urinas excernuntur ratio. Si quid uerò quod non iuuet (hoc est, quae non leuant morbum excreta) per haec loca excernatur, malum. 4.aphor.47. Et 7. aphor.69.

Intermittentibus prognost. — *Repetitione eiusdem horae postero die, &c.* — Quibus accessiones fiunt (sc. febrium interpolatarum) quacunque hora dimiserit febris, eadem si postero die repetat, iudicatu difficilis esse solet. (ob causam quia accessionem facit firmam, firmatam & stabilem: quae autem firmata sunt, aegre soluuntur, & in longum tempus durant.) 4.aph.30

Ardentis

- *Ardentibus, prognostica ex*
  - *Tussi sicca.* — *Quibus siccæ tusses (hoc est, in quibus nihil expuitur) paulùm irritantes in febribus ardentibus perseuerant, ij non admodum siticulosi esse solent. (hoc est, non admodum ut febris magnitudo exigit, sitiunt: quia ob motum in febribus factum, ex locis uicinis aliquis trahitur humor, quo madescunt loca, quæ ad asperã arteriam pertinent.) 4. aph. 54.*
  - *Rigore superueniente.* — *Si febre ardente laboranti rigor superueniat, solutio fit. (ipsa uidelicet bile, ex qua febris ardens ortum habuit, expurgata: nam ardens febris non fit nisi à bile in uenis putrescente. Rigor uerò non fit nisi ubi per sensiles corporis partes bilis ueloci motu defertur, post quem alui soluũtur, & sudores ac uomitus biliosi superueniunt.) 4. aph. 58.*
  - *Tremore.* — *Quibus in febribus ardentibus tremores fiunt, (causis scilicet febrificis ex uenoso genere ad neruos translatis) delirio soluuntur. (compatiente cerebro, unde nõ tantùm non liberatur homo, sed ei etiam plus periculi creat.) 6. aph. 26.*
- *Acutis, Prognostica ex*
  - *Sudore frigido.* — *Frigidi sudores cum febre quidem acuta mortem, (quia tantam humorum frigidorum in corpore copiam esse monstrant, ut neq; à febrili calore possit calefieri, unde naturæ, quæ secundum Hipp. est calor naturalis, extrema imbecillitas, uel eiusdem extinctio, & in propinquo esse mors intelligitur.) cum mitiore uerò morbi longitudinem significant. (& seruari hominem concoctia in tempore multitudine humorum, & euicta à natura.) 4. aphor. 37.*
  - *Spasmo, & dolore circa uiscera* — *In acutis febribus conuulsiones (uidelicet ex inanitione & siccitate) & circa uiscera (quia uiscera ipsa, ut renes, pulmones, hepar, lien: quia neruosa non sunt, propriè non dolent: circa uerò ipsa & tunica ambiente ea dolores fiunt.) uehementes dolores (propter incendij uehementiam & siccitatem) malum. 4. aphor. 66.*

Longis,

Longis, prognostica

- *Quos febres longæ exercent, ijs tubercula ad articulos uel dolores fiunt. Non semper hoc fit, sed utplurimùm. In longū autem extenduntur morbi, propter multitudinem uel crassitiem, uel frigiditatem humorum efficientium febres: quia longum tempus exigunt ad coctionem: unde aliquādo abscessus fiunt, & ad articulos superfluitas decumbit.)* 4.aph. 44. Et 7.aph.63.
- *Quibus tubercula ad articulos uel dolores, πόνοι, post febres fiunt, ij cibarijs pluribus utuntur. (supra uirium enim mensuram ingesta alimenta rectè concoqui non possunt, unde necessariò multa excrementa proueniunt, quæ si ad cutem protruduntur, tubercula: si ad articulos, dolores excitant.)* 4.aph.45. Et 7.aph.64. ubi φύματα μακρὰ uocat.

Tertiana

- **Exquisita, prog.** *Tertiana exquisita (h e. quæ ex simplici & impermisso humore biliosso procreatur) septenis ad summum circuitibus iudicatur. (h.e. non excedit septimum circuitum. Quò fit, ut tertianæ febris septima ab initio accessio in decimumtertium diem incidit, & sæpiùs in ipso iudicatur morbus, non expectato decimoquarto. Et sicut in peracutis morbus poterat iudicari tertio, quarto, uel quinto die: sic in tertiana eisdem periodis fieri solutio potest, non expectante natura septimum. Quod enim in continuis una dies ualet, hoc in intermittentibus accessio.)* 4. aphor.59.
- **Cōtinua prog.** *Febres, quæ tertio quoque die uehementiùs affligentes non intermittunt, &c. Vide suprà in continuis.* 4.aphor.43. Et 7. aphor.62.

Quartana, prognost.

- *Aestiuæ quartanæ (& aliæ ægritudines similes) plerunq; breues: (quia uitiosi humores ambientis calore per totū corpus fusi, promptè discutiuntur, meatibus totius corporis patefactis, si unà uirium robur adest: si non, ægri intereunt cito) autumnales longæ, & inter eas maximè quæ ad hyemem usque pertingunt. (ob cōtrariam causam: quia humores intus remanent, meatibus corporis frigore occlusis, & uires seruantur integræ, ideò ægri non moriuntur: & quia humores morbifici manent, morbi nō soluuntur.)* 2.aph.25.
- *Qui quartana corripiuntur, non admodum conuulsionibus tentantur: si uerò prius tentati fuerint, (s. conuulsione ex repletione partium neruosarum ab humoribus lentis & pituitosis) superueniente quartana, liberantur. (quia cùm horum humorū duplex sanatio sit, excretio s. & coctio, utranq; quartana habet, excretionem quidem ex rigore: coctionem uerò, caloris febrilis ratione, qui rigorem consequitur.)* 5.aph.70.

In Tumoribus praeter naturam prog. in

- genere
  - Molles tumores bo[illegible]: crudi uerò mali. (molles enim tumores significant materiam minimè rebellem. duri uerò, crudam, crassam, & ualenter impactam, tales esse non possunt, benè concoquente membri natura humores ad ipsum confluentes.) 5.aph.67.
- Exanthematis
  - Latae pustulae, ἐξανθήματα, non admodum pruriginosae. (quia difflantur in latitudinem extensae, & facientem ipsas humorem [illegible] habent.) 6.aph.9.
- Erysipelate
  - Erysipelas (& aliud quodcunque malum) foris (ex cute) intrò [illegible]erti, (ad partes nempe principes) malum: (quia quicquid est ill[illegible] hu[illegible]morum à quibus erysipelas uel aliud malum nascitur, ad partes internas & nobiles protruditur, unde praesens uitae periculum imminet.) intùs uerò (existens) ad exter[illegible] uerti, bonum. (tum ut causa, tum ut signum.) 6.aph.25.
- Phymatis
  - Prog.
    - A tuberculi, φύματ&, introrsum eruptione, exol[illegible]io, u[illegible] ad uentriculũ fertur) & animi defectio fit. (si ad os uentri[illegible] pertus, uel ipsum cor uergit. Sic si ad pulmones fertur, [illegible] quitur, & si ad intestina, puris deiectio. Cõmunis a[illegible] ptionũ quamcunque in partem decumbant, est uirium lapsus [illegible] animi defectus, propter uitalis spiritus excretionẽ.) 7.aph.8.
  - Diag. loci affecti
    - Vbi fauces dolent, aut pustularum eruptiones ex[illegible]tur in corpore, excrementa spectare oportet: nam si bil[illegible] atrabiliaria aut etiam phlegmatica) fuerint, una corp[illegible] aegrotat: (& significant nõ tantùm ad cutem h[illegible] humores prauos, sed & intùs esse. unde purgatio[illegible] magis insistendum quàm nutritioni, iuxta aph[illegible] cum secundae sectionis) si uerò sanorum excremen[illegible] melia. (tunc significant naturam omnes prau[illegible] humore[illegible] cutem expulisse, ac nihil intùs reliq[illegible]isse mali.) tuto c[illegible] alere poteris. 2.aph.15.
- Cancris, prog.
  - Quibus occulti cancri adsunt (in profundo scilicet, corporis ex[illegible]tes.) non curare melius. (siue Medicamentis uel ue[illegible] sectione, uel ustione) curati enim citiùs intereunt: quia ita magis irritantur) non curati uerò longiùs uitam trahunt. (placandi ergo potiùs tales cancri occulti, & mitigandi, Medicamentis dolorem sedantibus, saniemque eluentibus.) 6.aph.38.

- *In Vulneribus*
  - *Ex tumore apparente, uel non, prog.*
    - *Si magnis uulneribus & prauis tumor non appareat, ingens malum. (quia suspicio est humorem noxium ad principes partes demitti, qui ad uulnera ipsa confluere deberet propter dolorem ibi existentē quippe dolor attrahit, & fluxiones concitat, hinc intelligitur quòd deiecta natura uincitur.)* 5.aph.66.
  - *Neruosarũ partium, &c. prog.*
    - *Pertusa persectáue uesica: (quia uulnus coalescere non potest, quòd sit in parte neruosa, tenui & exangui, uidelicet in interiore eius parte, sed collum eius quia carnosum est, uidemus quotidie sanari quando lapis extrahitur) cerebro, corde, septo transuerso, (quia in his ob iugem motum uulnus coalescere nõ potest) tenui quopiam intestino, uentriculo (hæc nõ parùm habent carnosæ substãtiæ, ideóq; in summa parte uulnerata sæpiùs agglutinantur: discissa uerò usq; ad eorũ cauitatem, rarissimè) iecore: (quia hoc uiscus multo sanguine uulneratum madet, priùs uulnerati moriuntur, quàm eius uulnera agglutinari possint.)* 6.aph.18.
    - *Persectum os aut cartilago, &c. Vide suprà in Physiologia.* 6. aphor.19.
- *In ulceribus prognostica ex*
  - *Glabritie circa ulcus.*
    - *Circumglabra ulcera, maligna. (quia talibus praui humores confluunt ibi, qui ulcus erodunt, & pilorum radices depascuntur, nec permittunt ulceratum locum ad cicatricem peruenire.)* 6. aphor.4.
  - *Diuturnitate eorum.*
    - *Si ulcera (scilicet, maligna ut phagedenæ) annua, aut etiam diuturniora fiant, os abscedere est necesse, & cicatrices cauas fieri. (propter os scilicet deperditum: nam ipsum corruptum regigni non potest.)* 6.aph.45.
  - *Forti in ulcere pulsu.*
    - *A forti in ulceribus pulsu hæmorrhagia (copiosa s.) malum. (membris enim inflammatis & loci angustatio & dispositio dolorifica tristem afferunt sensum ex motu arteriarum, quem natura uiolentum facit, atq; ita sanguis erumpit.)* 7.aph.21.
  - *Dolore, facto aut fiente pure.*
    - *Dum pus fit, dolores ac febres accidunt magis, quàm iam confecto. (ex quadam q. ebullitione & exustione sanguinis in extenta simul ac calefacta præter naturam inflammata particula, qui ubi ex toto exustus fuerit, residuum eius fit pus, ut ex lignorum exustione cinis, ideóq; eo tempore dolores sedantur ac febres, præsertim cùm pus fuerit excretum, utpote iam consumpta quidem materia: extincta autem ignea caliditate.)* 2.aph.47.

Puris diagnostica. — Quibus in corpore pus nullam sui dat significationem, ob crassitiem sui (s. puris) aut loci, (cutis s. densitatem ut in calcaneo) non se prodit. (& in tumorem non attollitur, & ut ie alys signis deprehendere ipsum licet, uidelicet dolore & febre.) 6. aph. 41.

Tumorib. conspicuis. — Quibus sunt cum ulceribus tumores conspicui, ij non admodum conuelluntur, aut insaniunt: (quia materia conuul[s]ionis circa ulcera ipsa [h]æret, nec ad neruosas partes aut cerebrum transmittitur.) Quibus uer[o] repente euanuerint, si quidem postica parte factum sit, conu[ulsiones] ac tetani accidunt: (quia posteriora corporis neruosa sunt: a[nte]riora, uenosa atque arteriosa:) Si uerò à fronte, (scil. euanescent) [in]sa[n]ia, (si humor feratur ad caput, accidet.) lateris, (si idem ad thoracem conuertatur) dolor acutus. empyema, (si non dissoluatur humor, [sed] a thoracem & pulmonem se recipiente puris materia) & dys[ent]eria, (cruenta s. translatis humoribus ad intestina) si rubicun[d]i f[ue]r[in]t tumores. 5. aph. 65.

De Particularib. affectibus deinceps Hipp. agit respicientibus uentrem uel

- *Supremum s. caput, ubi nos docet in*
  - *Caluitie, prog.*
    - *Varices non magni fiũt* — Qui calui sunt, (uel potiùs capi[llorum] defluuio laborant ob malum al[iquo]d ut alopeciam uel op[hi]asin) ij uarices magni non fiunt: (quod tum uitio[si] [hu]mores ad caput & non ad crura ferantur) quibus uerò caluis exi[stenti]bus uarices superueniunt, ij rursus ca[pill]ati fiunt. (nam uitiosi humores qui [an]tea radices capillorum corruper[ant], ad crura transferuntur.) 6. aph. 34.
    - *Eunuchis nõ accidit.* — Eunuchi podagra non laborant (Hippocratis tempore uerum erat: quia o[ti]o non utebantur, nec uenere, nec n[u]la uictus ratione) nec cal[ui] fi[unt]. [N]on fiebant tum calui: quia mulieribus similes multam h[u]miditatem redundantem obt[in]ent, ad [ca]pillos assiduè fl[uen]tem, unde ipsi capilli augentur & nutriuntur ita loquẽdo.) 6. aph. 28.
- *Mediũ & Infimum ※ de qb. inferius.*
  - *Cephalalgiæ*
    - *Causæ, ex*
      - *Tempestatibus* — Auster auditum hebetat, &c. Vide supra causas morbificas in Pathologia. 3. aph. 5. & 13.
      - *Anni tẽporibus* — [I]idem. 3. aph. 13.

Prog. ex

- **Prog. ex**
  - **Purgatione capitis.** — Capite dolenti & uehementer laboranti, pus uel aqua uel sanguis per nares, aut os, aut aures effluens mo bum soluit. (quando s. propter inflammationem uel crudorum humorũ multitudinem in capite coaceruatorum fit dolor, tunc nanq; inflammatione suppurata, aut humore excreto, solutio fit.) 6. aph. 10.
  - **Ἀφωνίᾳ & stertore.** — Qui ualentes (i. adhuc sani) capitis repente doloribus corripiũtur, & protinùs muti fiunt, & sterunt (quod indicium est apoplexiæ manifestum) intra 7. dies intereunt, nisi febris interuenerit. (nam per hæc sy ptomata commonstratur non modò spiritũ flatuosum, sed etiam materiæ pituitosæ uniuersim fluẽtis multitudinem ad cerebrum esse delatam, quam i eò febris superueniens, utpote ca sa contraria, soluit. 6. aph. 51.
- **Curatio per uenæ sectionem.** — E parte capitis posteriore laboranti (h. e. quando humor affligens in ipso cap te c tinetur.) in fronte n recta excurrens uena (h. e. ea uena quæ secundum rectitudinem fi amẽtorum respondet ei quæ partem affectam al t.) i c sa prodest. (uel anteriore parte laborante uena in occipite secta iuuat, ut sæpe oc lorum fl xiones sanatæ sunt. Vena in occipite secta, u l cucurbitula etiã ibi admota. Notandũ t é si plethoricum esset corpus, non esse h ic remedio locus, n si priùs liberatis ob uctionibus, & purgato corpore toto.) 5. aph. 68.

Καρηβαρίας — **Causæ, ex**
- **Tẽpestatibus.** — Auster auditum hebetat, &c. 3. aph. 5. & 17. suprà in Pathologia.
- **Aromatum suffitu.** — Si ffitus aromatum (ut co i, amomi, cinamomi, casiæ, &c.) muliebria educit. (h. e. purgationes quæ ex te-

ro singulis mensibus, & à partu fieri solet. Quibus ergò parciùs fluunt, propter inflammationem ipsius uteri, uel euersionem, aut aliam similem causam, non purgantur certis temporibus, curari debent remouendo causam huius dispositionis: quibus uerò sine his affectibus parciùs fluunt, aut propter sanguinis crassitiem, aut acetabulorum obstructionem, totiúsue substantiæ uteri densationem, ijs prouocantur suffitu aromatum calidorum, quorum uapor in uasa uteri receptus, obstructiones soluit, extenuat, incidit suo calore lentos humores, & ad fluxum apparat.) Ad alia uerò multa sæpiùs utilis esset, nisi capitis ingeneraret grauitatem. (horum enim aromatū uapor calidus est & tenuis, qualitatem malam materiarum uteri & inferiorum partium secum rapit in caput: unde grauitas.) 5.aph.28.

In Cerebri

Vulnere, prognostica

Pertusa, perfectáue uesica, cerebro, &c. Vide suprà in uulneribus. 6.aph.18.

Quibus præciditur cerebrum, his superuenire febrem, (quia quolibet membro principali inflammationem patiente, subsequitur febris.) & biliosum uomitum (quod fit consensu oris uentriculi cum cerebro, ex quo plurimi nerui in id terminantur) necesse est. 6.aph.50.

Propter plagam in capite acceptã, stupor, (quando ueluti timore attoniti nihil dicunt, neq; agunt, sed apertis oculis manent) aut desipientia, malum. (quia indicant quod ictus intrò ad cerebrum penetrauerit.) 7.aph.14.

Ab ossis uulnere, (s. capitis usq; ad interiorem superficiē) desipientia, (s. accedit) si in uacuū usq; penetrauerit. (h.e. locū qui cerebrū & eius membranas continet) 7.aph.24.

Syderatione prog.

Quibus cerebrum syderatū fuerit (σφακελισθῇ: h.e. non completè corruptū, sed dum ad huc fit: propriè enim sphacelus sanari non potest, sed sicut gangrenam iam ita completam, ut pars sit intermortua, sanare est impossibile, sed dum adhuc fit, possibile est: ita & sphacelum.) intra tres dies intereunt. (quia morbus est grauissimus, & pars maximè princeps.) si uerò hos superauerint, sani fiunt. (h. e. sperandum est morbum declinare, & uires esse fortes, quæ corruptionē uincere possint.) 7.aph.50.

Concussio-

Concussione uehementi prognost. — Quibus occasione aliqua cerebrum fuerit uehementer concussum, mutos prorsus fieri est necesse. (quia côtrahitur uis animalis in seipsam in talibus dispositionibus à motu periculoso molestata, ideo quiescit, & mutum ac immobile facit animal, donec se rursus collegerit.) 7.aph.58.

Vigilijs, prog.
- Propter uigilias(ut quæ euacuant & exiccant) conuulsio aut desipientia, malum.(fit hoc ratione immodicæ siccitatis, & quia in longis uigilijs biliosior redditur sanguis.) 7.aph.18.
- Somnus & uigilia modum si excesserint, mala. suprà in ὑγιεινῷ. 2.aph.3.

Ebrietate, prog.
- A multa uini potatione rigor, (quod maius malum est: quia calor natiuus sicut lucernæ flamma oleo nimis superinfuso, prorsus extinguitur) & delirium, (sanguine scil. feruente, & spiritu calido caput opplentibus) malum. 7.aph.7.
- Si ebrius quispiam derepentè obmutescat, conuulsus moritur, nisi febre corripiatur, (quæ suo calore coquat, absumat, & dissipet illud humidum.) aut qua hora crapulæ soluitur, uocem recuperet: (nam solutio linguæ indicio est, quòd uictrix natura totam materiam frigidam uel extenuarit, uel discusserit.) 5.aph.5.

Delirio, prog. ex
- **Causa**
  - **multa s. uini potatione.** — Ex multa uini potatione, &c. paulò antè in ebrietatis aph. 7.aph.7.
  - **ab ileo.** — Ab ileo uomitus (qui non semper adest, sed quando existialis ileus fuerit) & singultus, (quod fit, si uehementiùs distorqueâtur, stercus eis superiora petit, unde singultum.) desipientia & conuulsio(compatiente neruorũ principio stomachi passioni) malũ. 7.aph.10.
- **Sedatione per somnum.** — Vbi somnus delirium (uel alium periculosum morbum.) sedat, bonum:(quia naturã uictricem esse significabit.) 2.aph.2.
- **Risu uel seueritate.** — Deliratio quæ cũ risu fit, tutior: (ut quæ fit à sanguine parùm adusto, aut à sola caliditate sine humore uitioso.) quæ uerò studio adhibito, periculosior.(ut quæ ex flaua bile multùm adusta gignitur, ut iã magis ad atræ bilis, s. nõ naturalis, naturã accedat, talis est ualde furiosa, & periculosa. Et hæc quidẽ atra bilis ex flaua superassata genita, omniũ est pessima, unde etiã sæuissima nascuntur symptomata.) 6.aph.53.

Phreni

Phrenitide, prog. ex
- *Vrina alba, &c. Vide suprà prog. ex qualitate urinæ. 4. aph. 72.*
- *Hæmorrhoidibus superuenientibus, &c. Vide infrà de Melancholia. 6. aph. 11. ubi pro νεφριτικοῖσι rectiùs φρενιτικοῖσι legitur.*

Sternutatione. Causæ
- *Sternutamentum (loquitur autem hic Hipp. de sternutamento, quod habet suæ generationis principium, naturam appetentem flatuosum spiritum ex capite excernere) cietur ex capite cerebro excalfacto, (quod fit calore natiuo excitato, & aucto, ob cuius imbecillitatem prius erant superfluitates aggregatæ) aut perhumectato spatio in capite inani. (Intelligendum maximè de eo qui est in uentriculis cerebri, atque etiam de ambiente ipsum extrinsecùs aëre: facilè enim est & illi per cerebrũ, primùm quidem ad ipsos uentriculos, hinc uerò subire ad nares.) Aër enim intus contentus foràs erumpit. Strepit autem: quia per angustum (scil. narium meatum) ipsi est exitus, (& quia uniuersum & cum impetu excidit.) 7. aph. 51.*

Epilepsia, prog. ex
- Mutatione & progressu
  - Victus & Aetatis Loci
    - *Epilepsia laborantes pueros quum loci uictusque, tùm maximè ætatis mutatio liberat. (illa s. quæ ad contrarium transfert, uidelicet calidiorem & sicciorem corporis habitum. ut est ætas iuuenilis, quæ pueritiâ est multò calidior: non tamen ætatis mutatio sola id perficit, nisi & in alijs reliè se gesserit.) 2. aph. 42.*
  - Aetatis
    - *Epilepsia ante pubertatem amotionem recipit: post uicesimum uerò quintum annũ ferè comitatur ad mortem usque. (nam iuuentus contraria pueritiæ quum eam non profligarit, quomodo sequens ætas consistentiæ frigidior ad exitũ adducet? Imò potiùs eum ueluti similẽ sibi conseruabit.) 5. aph. 7.*

Apoplexia
- *Causæ, ex tẽpestatib. 3. aph. 16. suprà in Patholog. Causarũ, & ἐν τῷ ὑγιεινῷ.*
- Prog. ex
  - Aetate.
    - *3. aph. 31. Vide suprà in Pathol. causarũ morbificarum ratione ætatum. Apoplexiæ (eæ s. quæ ex atra bile fiunt: quia in ijs maximè is humor abundat, uẽtriculos cerebri sua crassitie obstruẽs) fiunt maximè à quadragesimo anno ad sexagesimũ. 6. aph. 57.*

Anni

- *Anni temporibus.* 3.aph.23. *Vide suprà in Pathol. & infrà in Melancholia.* 6.aph.56.
- *Morbi uehementia.*
  - *Apoplexiam (quæ fit uel propter aliquam dispositionem similem inflammationi in ipso cerebro constitutam, uel uentriculis ipsis oppletis humore pituitoso & crasso) fortem (quando s. respiratio prohibetur) nullo prorsus modo curaueris: debilem uerò (quæ cognoscitur ex minori læsione respirationis: quia causæ magnitudinem morbi etiam magnitudo consequitur.)* 2.aph.42.

Mania, Prog. ex

- *Varicibus uel Hæmorrhoidibus*
  - *Insanis, μαινομένοισι, si uarices: (id est, uenæ latiores in femore & cruribus ex crasso & melancholico humore ortæ.) uel hæmorrhoides (quæ nõ tãtùm ratione euacuationis, sed etiã ipsa qualitate humoris euacuati conferunt) superuenerint, insaniæ solutio. (pellẽte s. natura ad partes ignobiliores eos qui insaniam efficiunt humores, & præsertim cùm melancholici fuerint & crassi.)* 6.aph.21.
- *Dysenteria, hydrope uel ecstasi superueniente*
  - *Ab insania, μανίης, difficultas intestinorum, aut hydrops, aut mentis alienatio, ἔκστασις, bonum. (ratione s. transmutationis, cùm à capite noxij humores transferantur ad inferiora: quæ autem ecstasis paulò ante crisim accidit, indicat quòd natura humorem peccantem paulò pòst euacuabit.)* 7.aph.5.

Melancholia, Prog. ex

- *Metu & mœstitia præcedente*
  - *Si metus atq; mœstitia longo tempore perseuerent (sine causa scilicet manifesta externa) melancholicum est signum. (sed si propter aliquam causam incipientes deinde inueterascãt, insaniam melancholicam portendent. Nam plures uisi sunt furore perciti qui ab ira uel mœstitia ortum habuêre, ipso scil. corpore ad id inclinato, ut in talem passionem incideret.)* 6. aphor.23.
- *Hæmorrhoidibus superuenientibus*
  - *Melancholicis & nephriticis, rectiùs, phreneticis ut suprà in Phrenitide, hæmorrhoides superuenientes, bono sunt. (non solùm ratione euacuationis, sed etiam ipsa qualitate humoris euacuati.)* 6.aph.11.

Decubitu humorum uario.
- In morbis melancholicis per hæc tempora (s. uere & autumno) ad partes corporis decubitus humorum sunt periculosi, uel enim apoplexiam corporis (si feratur materia morbifica in uentriculos cerebri) uel conuulsionem (si in neruos) uel maniam, si supra modum exusta fuerit) uel cæcitatem, (si in oculos) denunciant. 6.aph.56.

In Spasmo,
- **Causæ**
  - Elleborus. 4.aph.16. Vide suprà in Pharmaceutice.
  - **Inanitio uel Repletio**
    - Conuulsio fit uel à repletione (neruis scil. crassa materia oppletis) uel ab inanitione, (h.e. supra modum exiccatis neruis & ad suum principium retractis) ita uerò & singultus. (quia est quasi quædam conuulsio uentriculi, cibos eum saliu, motuq; concussiuo retinentis, quo tentat ea quæ sunt in ipsius ore penitiùs impacta expellere.) 6.aph.39.
- **Prognost. ex**
  - **Causa uaria ut**
    - Ab ileo, suprà in delirio. 7.aph.10.
    - **Elleboro.**
      - Conuulsio ab elleboro, letalis. (quando s. fit ob immodicam uacuationẽ aut pharmaci efficaciam, ex neruis etiam humiditates attrahentis, ac ipsorum substantiam uiolentiùs exiccantis, hæc sanari non potest: quia siccæ intemperiei consummatæ nullum est in ægris, ut nec senij in sanis, remedium. Quæ aũt cõuulsio fit per consensum neruorum laborantium cum ore uentriculi, hæc letalis non est.) 5.aph.1.
    - **Vulnere.**
      - Conuulsio à uulnere perniciosa (hæc fit ratione sequentis ipsam inflãmationis, ubi partes neruosas attigerit. Et primũ quidem uidentur cõuelli quæ è directo sunt partium inflammatione laborantiũ: deinde cùm & principium attigerit, passio ad totũ extenditur corpus.) 5.aph.2.
    - **Sanguinis copioso fluxu.**
      - A copioso sanguinis fluxu singultus, aut conuulsio (superueniens) mala. (quia uires deijciũtur ob profusionẽ multi caloris innati, & spirituũ, quæ uix reparantur ex conuulsione.) 5. aphor.3.

Hyperca=

- *Hypercatharsi uel immodica purgatione.*
  - *A' purgatione immodica cõuulsio aut singultus, malus: (quia spasmus ille est ex inanitione immodica, qu[illegible] pa= tium neruosarum siccitas inse[illegible]r, non facilè admittit curatio[illegible]: quia siccitatis remedium est difficill[illegible]um inuentu, & morbi acuties non patitur moram, sed subitum exitum affert.) 5.aph.4.*
  - *A' medicamento (purgante scil.) poto, conuulsio, mortifera: (quia significat siccitatem insanabilem neruosarum partium. Vide etiam praecedentem aphorismũ.) 7.aph.25.*
- *Ardore uehementi.*
  - *Propter ardores uehementes (uel febres, uel ambientis feruorem, uel cauteria & escharas) conuulsio aut tetanus, malum. (propter neruorum siccitatem quae pessima est.) 7. aphor.13.*
- *Ebrietate. suprà in prog. ex ebrietate. 5.aph.5.*

- *Febre superueniente*
  - *Conuulsioni (s. ex repletione frigidorum & crassorum humorum, quae sanis repentè fit) febrem accedere satius est, (scil. sponte naturae superueniens: quia solet magna ex parte calefacere, extenuare, digerere superfluam humiditatem, & conuulsionem sanare) quàm febri conuulsionem. (scil. ex siccitate, malum hoc est penè insanabile: quia longum tempus requiritur ad talem siccitatem remouendam. Imò hac humiditate absumpta & siccitate habituali facta est insanabilis, & morbi acerbitas non fert inducias, sed uires deijcit, & mortem adfert.) 2.aph.26.*
  - *Spasmo aut tetano febris si accesserit, morbum soluit: (quia morbi ex repletione curãtur uacuatione, quẽ etiã febris superueniẽs ex accidenti curat. Vide etiam praecedentem aph.) 4.aph.57.*

In Tetano

Prog.

Febre superueniente, uide iam praecedentem aphorismũ 4.aph. 57.

Qui tetano corripiuntur, intra quatuor dies intereunt: (quia est morbus peracutus, & ideo citius in ipso fit crisis, non tolerante natura longiori tempore tensionis laborem, quò fit ut in primo dierum iudicatoriorum circuitu passio iudicetur, etsi neq; pueris neq; senib. accidat, teste Aëtio lib.6.cap.39.) si uerò hos superauerint, incolumes euadunt. 5.aph.6.

Curatio.

Est tamen ubi in tetano sine ulcere, iuuene eusarco & temperato, aestate media frigidae larga profusio, calorem reuocat: (quia cutem refrigerat & constringit, quae constricta calorem colligit & auget. Calor autem per antiperistasim auctus conuulsioni remedio est. Aqua igitur frigida per accidens haec facit, calor per se: ubi autem calor est imminutus, prorsus uincit & extinguit eum.) calor autem soluit. 5.aph.21.

In Ophthalmia, Prog.

Ophthalmia laborantem alui profluuio corripi, bonum. (propter reuulsionem scilicet: in lippitudine ergo Medicus naturam imitari debet, & aluum subducere, ut humor à quo fit talis affectus, ad inferiora deriuetur.) 6.aph.17.

Dolore oculorum. Curatio

Oculorum dolores meri potio, ἀκρητοποσίη, (quibus scil. sanguinis crassioris copia in oculorum uenulis continetur sine plethorica dispositione in toto corpore: nam uinum excalfacere, diffundere sanguinem, & sui motus uehementia obstructiones aperire ac digerere potest) aut balneũ, (hoc ijs confert quibus cum nulla cruditatis signa appareant, nec sit plenum corpus: in oculos tamen influunt acres humores, qui balneo aquae dulcis fusi aut excernuntur, aut certè diluti mitigantur.) aut fomentum, πυρίη, (calidum scil. hoc confert ubi fluxus constiterit, ut discussio fiat eius quod in oculorum tunicis superfluè derelictum est.) aut phlebotomia, (sanguine redundante) aut purgatio, (cacochymia infestante) soluit. 6.aph.31. & 7.aph.46.

Narium affectibus, ut

Humidioribus naturâ. Prog.

Quibus nares humidiores naturâ, & genitura humidior, (quae cùm ab omnibus partibus corporis decidit, eius temperiem certò indicat) ij minus prospera ualetudine fruuntur: Quibus uerò hisce contraria adsunt, salubriùs degunt. (sed periculosiùs qui sicci sunt, dolent, si quando eos dolere contingat.) 6.aph.2.

Coryza

- *Coryza laborantibus. Prog.* — *Raucedines & grauedines coctionẽ in ualde senibus nõ admittunt. (sicut nec alij morbi ex humoribus frigidis ortum habentibus, ut est asthma, nephritis, tussis, &c. Et quia facultas horum imbecilla tales concoquere non ualet, propter caloris naturalis eorum & uirium imbecillitatem, sed ipsos ferè comitantur ad mortem.)* 2.aph.40.

- *Auriũ affectionibus uidelicet*
  - Βαρυηκοΐας, *Causæ ex tempestate, suprà in Pathol.* 3.aph.5.
  - *Surditatis. Prog. ex biliosa deiectione, suprà in Semeotice. Deiectionum.* 4.aph.28.

- *Oscitatione. Curatio* — *Anxietudinem,* ἀλύκη, *(quæ accidit his quibus in ore uentriculi humoris qualitas maligna continetur) oscitationem, (quæ in musculis fit ut & pandiculatio, ab humiditate flatuosa, uel spiritu uaporoso, quasi partium corporis distensio quædam) horrorem, (qui fit prauis humoribus per cutem & habitum corporis currentibus) uinum pari aquæ portione epotum, soluit. (quia uinum præterquam quòd omnes humores optimos reddit, calefacit totum corpus, & citò mouetur ad omnes partes.)* 7.aph.56.

- *Linguæ uitijs, ut*
  - *Paralysi. Prog.* — *Si lingua derepente incontinens fiat,* ἀκρατὴς, *(h.e. infirma ita, ut non possit articulatam edere uocem, aut immobilis, & omninò resoluta) aut aliqua corporis pars attonita stupeat,* ἀπόπληκτον γένηται. *signum est melancholicum: (quia melancholicus humor crassus & lentus, non aliter ac pituita sua crassitie neruos sensum ac motum à cerebro deferentes, obstruẽs impedit, ne uis sensifica & motrix ad linguæ, aliarumq́ partium musculos peruenire queat.)* 7.aph.40.
  - *Balbutie. Prog.* — *Balbi longo alui profluuio maximè corripiuntur. (quod fit uel quia cerebrum habent humidum, unde multæ superfluitates in uentriculum defluunt, & inde in intestina, unde profluuia oriuntur. Vel quia linguam obtinent humidam, unde & uentriculus talis existit, ut qui alteram tunicam communem habeat cũ lingua: debilis autẽ ex humiditate uentriculi propria passio est diuturnum profluuium, & aluus ac in cæteris laxior.)* 6.aph.32.

Sequuntur iam Aphorismi medium uentrem corporis spectantes.

Medíū, partium scil. spiritualium, ut in

- Faucium, & gutturis affectibus, ut in
  - *Faucium dolore.* 2.aph.15. *suprà in tumoribus.*
  - *Branchis & raucedine.* 2.aph.40. *Vide p. antè in narium affectibus.*
  - *Faucium exasperationis causæ.* 3.aph.5. *suprà in Pathol. causarum ex constitutione aëris.*
  - Angina, Prog.
    - Quibus ex angina liberatis, in pulmonem mali fit conuersio, ij intra dies septem moriuntur: (ægro uidelicet suffocato ab humoribus eò delatis.) si uerò hos effugerint, (absque alio malo, fluxione in pus conuersa) purulenti, ἔμπυοι euadunt. (& nō moriuntur. Quibus uerò ipsum pus non, ut decet, subinde repurgatur, hos tabidos fieri contingit.) 5.aph.10.
    - Angina correpto, si tumor appareat in collo, bonum: foras enim morbus deducitur: (nam bonum est humores noxios ab internis partibus corporis ad externa transferri.) 6.aph.37. Et 7.aph.49. ubi addit tumor & rubor in pectore superueniens.
  - Strangulatione, & suffocatione. Prog.
    - Strangulati aut suffocati, (à causa uel externa uel interna,) nondum tamen mortui, (& uiribus omninò priuati) ad se (h. e. aduitam) non redeunt, quibus circa os collecta spuma apparuerit: (quia spuma pulmonis uiolentiam significat, quam patitur dum animal suffocatur.) 2.aph.43.
- Gibbositate. Prognost. ex causa, ut tussi aut asthmate
  - Qui gibbi ex asthmate aut tussi ante pubertatem fiunt, citò moriuntur: (quia thorax in his cùm diminuatur, aut saltem non augeatur: pulmones autem & cor per ætatem increscāt, tanta angustia premuntur instrumenta respirationi seruientia, ut necesse sit ex difficultate spiritus hominem breui tempore interire.) 6.aphor.46.
- Ruptione ex dorso ad cubitū descēdēte. Curatio
  - Ruptiones quæ ex dorso ad cubitum descendunt, (h.e. dolores in ruptione excitati ex defluxu humorum in eam partem incumbentium) uenæ sectio, (s. in cubito quando huc apparent fluentes) soluit: (quia iuxta 1.aph.21. quò natura uergit per loca conferentia, eò ducendum.) 6.aph.22.

Lateris

Lateris dolore & pleuritide

- *Causæ ex tempestatibus.* 3.aph.5. *Vide suprà in Pathol.*
- *Diagnostica dolorum.*
  - *Doloribus lateris, & pectoris, cæterarumq; partium an multùm differant, distiendum est. (Docet Hipp. ne temerè præcipitemus sententiam de aliquo affectu assignãdo curandóue, priusquàm eius causa cognita sit, eius differentia, & natura partis affectæ, ne cùm capiti sit medendũ, reduuiam curare uideamur.)* 6.aph.5.
- *Prognostica ex*
  - *Sputo.* 1.aph.12. *Vide suprà in diagnosticis accessionum morborum.*
  - *Peripneumonia.*
    - *A' pleuritide peripneumonia (scilicet, succedens, quæ fit, quando non potest humor is qui pleuritim facit totus in costis contineri, tunc eius pars aliqua ad pulmonem fertur.) malũ. (& priore malo deterius est, utpote nobiliorem partem occupans.)* 7.aph.11.
  - *Diarrhæa interueniente*
    - *Pleuritide (s. uehementi) aut peripneumonia detento diarrhæa interueniens, malum. (significat enim hepar ob consensum cum partibus spiritualibus ita malè affici, ut præ imbecillitate non possit ad se attrahere alimentum, neq; conuertere in sanguinem. Sed in mitiori pleuritide & peripneumonia potest prodesse profluuium alui ratione euacuationis, præsertim ubi signa coctionis apparuerint.)* 6.aph.16.
  - *Purgatione per sputa.*
    - *Qui pleuritide laborant, nisi intra dies quatuordecim supernè (per sputa) repurgentur, iis in empyema fit mali translatio. (pure s. inter pulmones & thoracem effuso.)* 5.aph.8.

Peripneumo-

- *Peripneumonia. Prog. ex*
  - *Diarrhœa superueniente.* 6.aph.16. *Vide paulò antè in Pleuritide.*
  - *Phrenitide.*
    - *A peripneumonia phrenitis (s. succedens) malum: (quia à calido humore excitata peripneumonia multos uapores transmittit ad caput, ijs cerebrum implet, & facit phrenitidem, malum priore deterius.)* 7.aph.12.
- *Empyemate. Prog. ex*
  - *Puris fectorū*
    - *Quantitate.*
      - *Quicunque empyi aut hydropici urūtur, aut secantur, si pus aut aqua uniuersim effluxerit, omnino moriūtur: (quia unà cum humore aut pure spiritus uitalis plurimus uasis arteriosis exit, & uacuatur, unde uires debilitātur, quæ cùm præsenti remedio instaurari non possunt, moriuntur.)* 6.aph.27.
    - *Qualitate.*
      - *Si empyis (h.e. suppuratis, quibus inter thoracem & pulmonem aceruatum est pus) quum uruntur aut secantur purum & album pus effluat, euadunt: (significat enim quòd natura ualida fuit, & morbum deuicit.) si uerò subcruentū, feculentum & fœtidum, pereunt. (significat enim morbi ac putredinis uictoriam, facultatumq́ naturalium casum, ac naturæ ipsius ruinam.)* 7.aphor.44.
  - *Tempore suppurationis catarrhi in thorace. Prog.*
    - *Destillationes in uentrem superiorem (i. thoracem in quo pulmo cōtinetur, & in quem destillatio à capite fertur per asperam arteriam) ad suppurationem perueniunt intra dies uiginti. (nempe decimo quarto aut decimo septimo, aut ad summum uigesimo die: semper enim Hipp. diem uigesimum iudicatorium facit, non uigesimum primū.)* 7.aph.38.
  - *Facto ex pleuritide. Prog.*
    - *Quicunque ex pleuritide empyi fiunt, (qui s. per sputa non purgantur ante decimumquartum diem) si à ruptione empyematis (& puris effusione) intra dies quadraginta (qui terminus est indicationis acutorum ex decidentia) repurgentur (s. per sputa, à die qua fit ruptio) liberātur: alioqui trāseunt in tabem: (quia temporis tractu necesse est pulmonem exedi à pure putrescente, uel exulcerari, quæ ulcera comitatur deinde tabes ipsa.)* 5.aph.15.

In Hæ

In Hæmoptysi
- Diagnostica loci affecti.
  - Qui spumantem sanguinem excreant, iis ex pulmone educitur. (quia est similis uisceri ipsum sanguinem continenti, quod est leue, rarum, aërium, spirituosum, & ueluti ex spuma quadam sanguinis concreta conflatum: qui uerò è thorace aut uentre educitur, huic similis nō est, adeò ut hoc uerè dici possit, sanguis spumosus soli9 pulmonis ulcera indicat: nō aūt uerè, lapso pulmone ex necessitate spumosus expuitur.) 5.aph.13.
- Prognostica ex puris expuitione.
  - A' sanguinis sputu puris expuitio, malum: (quia puris sputum non omne sputū sanguinis sequitur, sed quod malignum existit: tale autem est omninò ex pulmone, ex quo proueniente sanguinis sputo, ea quæ intra tres dies non curatur, phlegmone deinde adueniente, omninò incurabilis erit affectio, potissimùm si ex erosione ortum ducat, ut Gal. testatur 5. Meth. Therap. 8. 11.13.& 14.) 7.aph.15.

Puris sputo. Prognosticō
- A' puris sputu phthisis & fluxio: quum uerò sputum retentum fuerit, moriuntur. (Modum ostendit Hipp. illorum qui ex tabe moriuntur, eousq; enim extenuati uiuunt, donec per ea quæ expuunt, possunt pulmonem expurgare: cùm uerò intùs manent, obserantur quidem uiæ spiritus, patientes uerò strangulantur.) 7. aphor.16.

Diaphragmatis uulnere, Prog. 6.aph.18. Vide suprà in genere de Vulneribus.

Tussi, causæ ex tempestatibus. 3.aph.5. Auster auditum hebetat, &c. Vide causas ex temperie cœli in Pathol.

Phthisi
- Causæ ex
  - Anni temporibus.
    - Autumnus tabidis nocuus. (siccitate quidē prodest ulceri pulmonis, sed obest, tum quia frigidus: omne enim frigidum ulceri inimicum, tum quia mordax ex paruo ulcere magnum facit, tùm quòd ulcera reddit insuppurabilia quæ suppurari conueuit. Præterea cùm calidus interdum sit, & phthisis rarò sit absque hectica, calorem & febrem intendit, & excrementa auget, quæ in ulcus inuehit.) 3.aph.10.
  - Aetatib.
    - Adolescentibus sang. expuitiones. 3.aph.29. suprà in Pathol. causarum secundum ætates.
    - Tabes iis maximè ætatibus fit quæ à decimo octauo sunt ad tricesimū quintū annū. (ratione s.intēperantiæ non ab ætate: nam uitius errore magis morbosi sunt iuuenes q̄ senes. Vide. 2.aph.39.) 5.aph.9.

H Prog. ex

- *Prog. ex*
  - *Sputo & capillorum defluxu.*
    - *Qui tabe uexantur, si sputum quod extussiunt, carbonibus iniectum grauiter olet (quod indicat extremā humorum qui sunt, in pulmone putrefactionem.) & capilli defluunt, (quod indicat ultimi alimenti defectum, ac uirtutis naturalis magnam imbecillitatem, aliquando etiam humorū corruptionem.) 5. aphor. 11.*
  - *Alui profluuio*
    - *Si tabe detento profluuium alui superueniat, perniciosum. (simpliciter hoc letale dicitur, tanquàm id solùm sufficiat mortem significare, nō tamen ita è propinquo, neq; tàm citò secuturā, sicuti cùm defluuium capillorum adiungitur.) 5. aph. 14.*
  - *Capillorum & alui fluxu. Prog.*
    - *Quibus per tabem capilli defluūt, ijs fluxione alui superueniente, in propinquo mors est: (quia fluxio hæc prosternit uires, quæ ex ipso casu sunt ualdè imbecilles, unde conijciendum mortem imminentem esse.) 5. aphor. 12.*
- *Curatio. Per quas uias purgandum. Obnoxios phthisi, &c. 4. aph. 8. suprà in purgatione.*

- *Mammarum affectibus*
  - *Diagnostica, ex lactis copia in non prægnante nec puerpera.*
    - *Si quæ nec prægnās nec puerpera est, lac habet, ei menstrua defecerunt. (fit hoc aliquando etsi rarò, quando ad similem peruenerint communes uenæ mammarū & uteri repletionē ex menstruorum retentione, quod tamen accidere potest cùm sanguis qui euacuabatur antea per menses, regurgitauit in mammas.) 5. aph. 39.*
  - *Prognostica, ex sanguine in mammis collecto.*
    - *Quibus in mām̄as sanguis colligitur, furorē significat. (qa si sanguis eò delatus trāsmutari ab adenib. mām̄arū nō potest, aut propter abundantiā, aut propter feruorē eius & prauitatem furorem indicat: quia labitur biliosissimus per totum corpus, caputq; potissimùm petit.) 5. aph. 40.*

Loco inter Diaphragma & uẽtriculũ collecta pituita. Prognosticon

Quibus inter uentriculum & septum transuersum pituita concluditur, (locus hic est spatium laxum quod est quidem infra septum, sed intra membranæ abdominis interioris eam partem quæ ad epigastrium attinet. Pituita igitur ibi conclusa cum dolore, ad uenas per uias occultas, rursus à uenis ad uesicam transferri à natura potest, prius sufficienter extenuata.) & dolorem affert, in alterutrũ uentrẽ uiam non habens, ijs per uenas in uesicã uersa pituita morbi fit solutio. 7.aph.54.

Cordis uulneribus. Prog. 6.aph.18. suprà in Vulneribus.

Anxietudine. Curatio. 7.aph.56. Vide suprà in Oscitatione.

Lipothymia sæpè, uehementer & sine manifesta causa eueniente. Prognosticon

Qui sæpè, & uehementer, sine causa manifesta animo linquuntur, ij derepentè moriuntur. (tales enim ob uirtutis uitalis imbecillitatem hoc patiuntur: nam quibus robur uitale infirmum est: animi uerò affectiones ob imperitiã fortes, ijs animæ essentia facilè dissolui potest. Euenit uerò in corde uel ore uẽtriculi uel à forti intemperie, aut uenenoso humore, aliquando à phlegmone, uel alio tumore præter naturam.) 2.aph.41.

Mæstitia & metu longo tẽpore perseuerãte. 6.aph.23. Vide suprà in Melãcholia, &c.

Et hactenus de medij uentris affectionum aphorismis: sequuntur infimi uentris partium s. naturalium atq; articulorum.

Infimum, partiũ uidelicet naturaliũ affectus, ut in

- *Ventriculi*
  - Vulnere. Prog. 6.aph.18. suprà de Vulneribus.
  - Anxietudine. Curatio. 7.aph.56. suprà in Oscitatione.
- *Anorexia*
  - Initio morbi uel post eueniens quid significet. 2.aph.32. suprà in Diætetice de cibi quantitate.
  - Cum Cardiogmo. 4.aph.17. suprà in pharmaceu. affectus purgatione indigentes.
  - In conualescentibus. 2.aph.8. suprà in ὑγιεινῇ de corporis alendi qualitate.

Oxyregmia. Prog. — Qui acidum ructant, non admodum pleuritici fiunt: (quia utplurimum est à bile pleuritis, aut sola, aut alijs humoribus mista: ructus autem acidus à pituita & frigiditate, corruptis s. in uentriculo cibis à frigore & pituitosis humoribus.) 6. aph. 33.

Fame canina. Curatio: — Famē (caninam s. ab intēperie frigida, quæ continuū suctum oris uentriculi facit) thorexis (h.e. uini potio præcipuè generosi, si post pinguia edulia offertur,) soluit. (nam innatans uentriculo longiori tactu calefacit, & intemperiem curat.) 2. aph. 21.

Siti. Curatio per somnum. — Quibus noctu bibendi est auiditas, ijs admodum sitientibus obdormiscere bono est: (quia per somnum fit humectatio, & id quod sitim efficit, coquitur calore ad interna recepto, subdescenditq́.)

Singultu
- Causæ. 6. aph. 39. suprà in spasmo.
- Prog. ex
  - Causa
    - ab ileo, malum. 7. aph. 10. suprà in delirio.
    - ὑπερκαθάρσει. 5. aph. 4. suprà in spasmo.
    - Sanguinis copioso fluxu. 5. aph. 3. suprà in spasmo.
    - Senibus supra modum purgatis. — Si senibus supra modū purgatis singultus (qui est ueluti quidam spasmus uentriculi) accidat, non bonum. (ob causas in spasmo ex inanitione suprà assignatas.) 7. aphor. 41.
  - Sternutatione superueniente. — Singultu fatigante, sternutatio superueniens liberat. (quando scilicet ex plenitudine fiat, quod utplurimùm accidit: quia suo uiolenti motu ueluti concussæ ipsum efficientes humiditates difflantur, atque euacuantur: quia sternutatione non solùm cerebrum, sed & uentriculus ob neruos ad eum deriuatos uehementer concutitur.) 6. aph. 13.

Vomitu, prog. ex
- Causa, ab ileo, 7. aph. 10. suprà in delirio.
- Singultu, & rubore oculorum superueniente. — A' uomitu singultus (indicans, uel cerebrū uel uentriculum pati non mediocrē inflammationem) & oculorū rubor (qui utranq; sequitur dispositionē, sed præcipuè illam quæ existit in cerebro.) maliū. 7. aph. 3.

- *Sanguinis uomitu*
  - *Prog.*
    - *Sanguinem supernè quidem efferri (per os scil. non per nares) qualiscunque sit, (spumosus, rubens, flauus, biliosus, aquosus, &c.) malũ: quia apertionẽ uel rupturã alicuius uasis in superioribus partibus significat. Infernè uerò si deijciatur (uidelicet per hæmorrhoidas) niger, bonum: quando uidelicet hominis natura multum talem accumulauerit sanguinẽ. Iuxta aph. 11. libri sexti.) 4. aph. 25.*
    - *A sanguinis uomitione tabes & puris supernè purgatio. (scil. sequitur.) 7. aph. 78.*
    - *Et curatio* — *Qui sanguinẽ uomunt, si sine febre accidat, salutare est. (h.e. curari possunt, & minus malum est: quia indicat nullam inflammationem adesse in loco unde emittitur sanguis: curantur ergo facilè acerbis & astringentibus) si cum febre, malum: (quia non solùm curari non possunt, sed indies peiora fiunt ulcera) curandi uerò feb. & stipticis. 7. aph. 37.*
  - *Curatio in muliere.* — *Mulieri sanguinem euomenti, menstruis erumpentibus solutio fit. (ratione s. reuulsionis in contrarium, sursum repentibus humoribus, deorsum: talis ergò reuulsio etiã à Medico molienda.) 5. aph. 32.*

- *Ἐπιπλόου, Omenti prolapsu. Prog.* — *Si omentum (h.e. ἐπίπλοον, rete quod uentriculo insidet, & calorem eius innatum fouet ac tuetur) exciderit (per uulnus uentris inferioris) necessariò computrescit (post longum tempus, si non ligatum fuerit & excisum antequàm reponatur. Pars autem syncera separabitur ab infecta ligatura fili è serico, quod postea extrahetur, deinde scindetur infecta pars, ac syncera reponetur.) 6. aph. 58.*

- *Ventris affectibus*
  - *Causa duritiei ex tempestatibus aquilonarijs. 3. aph. 5. suprà in Path. causarum ex cœli constitutione.*
  - *Prog. ex*
    - *Sanguinis in uentrẽ effusiõe.* — *Si in uentrẽ (uel aliã in cauitatẽ) sanguis præter naturam effusus fuerit, (uase rupto uel aperto præter naturã) is suppuretur est necesse: (quia extra uas propriũ cõgelatur, caloremq́; natiuũ amittit, cui succedit putrefactio, &c.) 6. aph. 20.*

Ventris dolore

Sublimiori uel nó.

Dolores uentris sublimes (h.e. supra peritonæum qui q. in superficie fiunt) leuiores: non sublimes (h.e. in ipsis intestinis & uétriculo & qui in profundo corporis fiunt) fortiores: (quia interni affectus semper sunt periculosiores externis, neq; partibus principibus facilè adhibentur remedia.) 6.aph.7.

Diuturno

A' partium ad uentrem attinentium diuturno dolore, suppuratio. (sequitur: quia excitatus à frigore, inæquali intemperie uel flatibus uel mordacibus humoribus non potest in longum tempus extendi, si omnia circa ægrum opportunè fiant. Si ergò diu duret, erit necessariò ab inflammatione quæ deinde suppurabit, nisi hominé mor te præripiat.) 7.aph.22.

Vehemēti.

Propter uehementem dolorem partium ad uentrem attinentium, extremarum perfrigeratio, malum: (quia ob talem dolorem natura in seipsam contrahitur, & ad eam consequitur sanguis, non solùm extremas corporis partes, corporis calore suo derelinquens, sed & cutim uniuersam.) 7.aph.26.

Hypochondriorū dolore. Prog.

Quibus ad hypochondrium dolor est sine inflammatione, (& morsu excitatus, quæ fit uel propter obstructionem, uel propter spiritum flatulentum, uel aliquam intemperiem inæqualem) ijs febris superueniens dolorem soluit. (crassos uidelicet humores obstructionem efficientes extenuans, flatusq; discutiens, atq; intemperiem frigidam corrigens.) 6.aph.40.

Torminibus, Prog.

Quibus tormina adsunt (quæ fiūt uel propter morsum uehemētē, uel flatuosum spiritū nō habentem exitū) & circa umbilicū dolores (s. se firmauerint) & lumborū dolor, qui neq; medicamento (purgante, digerente, anodyno, &c. sumpto, admoto, iniectio) neq; aliter soluatur, (& habitualis intemperies est facta) in siccum hydropa firmatur. (s. Tympaniten, quā hydropen uocat à tumoris similitudine, non tamen humidi tumoris, qualis est in Ascite.) 4.aph.11.

Si circa febrem tormina adsint, & genuum grauitas, & dolor lumborū, inferna purgatione opus esse significant. (pro impetu uidelicet & motione noxiorum humorum quò per naturā impelluntur.) 4.aph.20.

Diarrhœa,

Diarrhœa, Prog. ex

- Spumosis excrementis
  - Quibus per diarrhœas spumosa sunt alui excrementa, iis à capite fit defluxio. (aliquando etiam fiunt spumosa uasis quæ ad ipsum perueniunt uentriculum pituitosum humorem effundentibus, uel in ipso uentriculo conflari possunt. Est autem huius pituitæ causa proxima spiritus flatuosus, dum humori commiscetur uehementi, habens motum, & inæqualem, ita quòd ipse dirumpitur & pituitã frangit in multas ampullas paruas.) 7.aph.30.
- Excrementorũ mutatiõe,
  - In fluxionibus alui, excrementorum mutatio iuuat, nisi in deterius transmutentur. (si scil. fiat mutatio ad signa coctionis, uel ad calorem eum qui sit naturali uicinus, bonum: sin minus, è contrà. Sic etiam in urinis, ubi prius tantùm apparebat nubecula, nunc apparet Enæorema, ac tandem hypostasis alba, læuis, æqualis, optima est mutatio: sin minus, contrà.) 2.aph.14.
- Vomitu, spontè superueniente
  - Longo alui profluuio laboranti, spontè uomitus superueniens, morbum soluit. (ratione s. reuulsionis. estq; unum eorũ quæ rectè à natura facta Medicum imitari oportet.) 6.aph.15.

Lienteria

- Prognost. –
  - In diuturna læuitate intestinorum, si ructus acidus superueniat qui priùs nõ extiterit, bonum est signum. (loquitur hic de lienteria, quæ fit ob concoctricis & retentricis facultatis uentriculi & intestinorum imbecillitatem, non de ea quæ ab humorum acrimonia superficiem intestinorum abradente: nam hic cum dolore permeat cibus & potus, illic sine dolore.) 6.aph.1.
- Curatio.
  - Quibus propter læuitatem uentres cibi sunt incontinentes, hyeme suprà purgare, malum. (nunquam enim pituitosus humor quando adhæserit intestinis, per superiora est purgandus, h.e. per Medicamentum uomitorium: sola enim è uomi naturâ apta sunt, quæ in uentriculo cõtinentur: eorũ uerò quæ continentur in intestinis, nihil potest per uomitum euacuari.) 4.aph.12.

Dysenteria, Prognostica.

- Dysenteria, si ab atra bile (s. non naturali humore incipiat, exitiosa. (quia nihil differt à cancro exulcerato. Cancer enim internus occupans intestina: quia nihil imponi sibi quod adhæreat, patitur: & quia semper ab alimenti superfluitatibus targitur, est insanabilis, sic talis dysenteria.) 4.aph.24.

A syncera deiectione (quae est impermixta aquosae humiditati, & unũ tantùm humorẽ purum habet, qui infrà deijcitur.) dysenteria, malum: (quia in talibus deiectionibus aliquod intestinum exeditur ab humore, qui suo transitu morsus, erosiones, & exulcerationes efficit, unde dysenteriae.) 7.aph.23.

Si dysenteria laboranti ueluti carunculae deijciantur, mortiferum. (quia neq; caro concrescere, neq; cicatrix obduci potest in tali exulceratione.) 4.aph.26.

In longis intestinorum difficultatibus cibi fastidium malum: (quia significat partem humorum acrium ad os uentriculi efferri, qui mortificationem nutrici facultati & uentriculo comminantur.) & cum febre peius. (quae fit uel quia putredo aliqua est circa ulcera, uel magna inflammatio, atq; ita aegri se habent exitialiter.) 6.aph.3.

Ileo. Prog. { *Ab ileo, uomitus (qui nõ semper adest, sed quando exitiales ileĩ sunt.) & singultus (qui fit si uehementiùs distorqueãtur, stercus eis superiora petit: unde singultiunt.) desipientia & conuulsio (cõpatiente neruorum principio stomachi passioni.) malum. 7.aph.10.*

Intestinorũ gracilium { *Vulnere aliquo. Prog.* {
Pertusa perfectãue uesica, tenui quopiam intestino, &c. 6.aph.18. Vide suprà in Vulnerum tractatione.
Si quod gracile intestinum perfectũ sit, non coalescit. (Ratio huius aphorismi habetur ex priori loco allegato.) 6.aph.24.

Intestini recti inflammatione. Prog. { *Ad recti intestini, & uteri inflammationẽ, purulentosq; renes accedit stranguria: (quia per compatiendi rationem uesica unà cum his etiam malè efficitur, adeò ut ceruice eius compressa, & ui Retentrice dissoluta, non possit urinã retinere, ratione ergò uicinitatis uesica cõpatitur, & particeps fit intemperiei, inflammationis, & premitur à tumoribus praeter naturam uicinorum. Pus uerò ad uesicam à renibus delatũ eam sua acrimonia mordicat, & facultatem expultricem irritans excitat ad excretionem.) Iecore uerò inflammatione (maxima uidelicet) laborante sequitur singultus. (ob uentriculi s. consensum cum hepate & neruorum utriusque partis communicationem, non quidem semper, sed cùm ad maximam phlegmonẽ & tumorem hepar attollitur.) 5.aph.58.*

Haemorrhois

Hæmorrhoidibus. Prog.

Diuturnas curanti hæmorrhoidas, (quæ fiunt ob copiam & crassitiem sanguinis ora uenarum ani aperientis, hepate ad ipsas reponēte fæcem, & aliquando sanguinem melancholicum) nisi una quæpiam(scil. hæmorrhois secundum Galenum: nam Aëtius sic exponit, si una nō conuenienti diæta utatur, ita ut omnes sint excindendæ, & nulla relinquenda) seruetur (s. aperta) periculum aquæ inter cutem, uel tabis impendet: (quia regurgitat sanguis ille crassus, qui per hæmorrhoidas solebat excerni in totum corpus. Si in hepar, & ibi præpolleat, calorem natiuū extinguet, unde hydrops: si in pulmones, faciet ulcus, unde tabes.) 6. aph. 12.

Hepatis

- **Dolore uehementi. Prog.** Quibus iecur uehementer dolet. (uidelicet à flatuoso spiritu) ijs febris superueniens soluit dolorem. (utpote quæ flatus dissoluat & discutiat sua caliditate. Ei uerò dolori qui est ab inflammatione tantum abest, ut febris medeatur, ut plurimùm etiam obesse credatur, adueniente calore calorem inflammationis augente.) 7. aph. 52.
- **Purulenti ustione. Prog.** Quibus purulentum iecur aduritur, si purum pus effluat & album, salui fiunt. (Ratio) in tunica enim ipsis pus continetur: (nihil patiente substantia hepatis) si uerò qualis amurca profluat, (h. e. quibus ad carnem usque hepatis corruptio pertingit & fæcis olei similem humorem excernunt) intereunt. 7. aph. 45.
- **Vesiculis aqua refertis in omētum rumpentib. Prog.** Quibus iecur aqua refertum eruperit in omentum. (h. e. uesicæ aquosæ quæ circa iecur generantur, rumpūtur, quod fieri non potest, nisi ipsum aliquo modo exedatur: est enim solidum & firmum undique, ita ut nihil in ipsum incidere possit, nisi ex uentriculo, liene & colo intestino, & partibus unde ipsum enascitur) his uenter (h. e. tota capacitas & cauitas quæ est infra thoracem) aqua expletur, atq; moriuntur (æquè ac hydropici, nisi per Medicamenta purgantia humiditates superfluas, & per diuretica, & quæ in uapores soluunt talem humorem, seruentur.) 7. aph. 55.
- **Vulnere. Prog.** Pertusa persectáue uesica, corde, iecore, &c. 6. aph. 18. suprà in Vulneribus.
- **Inflammatione. Prog.**
  - Ad recti intestini, &c. 5. aph. 58. Vide suprà in intestini recti inflammatione.
  - Propter iecoris inflammationem singultus, malū: (quia

tunc inflam-

tunc inflammatione maxima & pessima laborat hepar, aliquando etiam bile multa in huius uisceris inflammatione genita, ac confluente ad intestinorũ principium, quæ si recurrit ad uentriculum, os eius mordetur, unde singultus.) 7.aph.17.

Ictero Prog.

Regio morbo laborantibus (uidelicet ex hepatis inflammatione) iecur durũ fieri, malum: (quia durities ostendit, in eo scirrhum esse uel inflammationẽ, quorum utrunque malum est.) 6.aph.42.

Auriginosi, non admodum sunt uentosi. (uel flatuosi. i. qui colligunt in uentre multitudinem uenti flatuosi, qui uel per ructus uel flatus excernitur, uel remanet & extendit quæ mihi sunt. Quod fit aliquando ob debilitatem partium ad uentriculum attinentium, aliquando uerò ex pituitoso & frigido humore. Hi ergò qui propter pituitosum humorem flatuosi sunt, contrarij sunt ictericis utpote biliosis: quia icterus fit à bile calida & sicca: flatus uerò à materia frigida & humida.) 5.aph.72.

Hydrope, Prog. ex

Vlceribus.

Aqua inter cutem laborantibus exorta in corpore ulcera non facilè sanantur: (quia ut docuit in libro de ulceribus non priùs ad cicatricem perducũtur ulcera, quàm omnmò exiccentur: hoc autem non facilè fit in hydropibus ob humiditatis immoderationem, nec nõ ob sanguinis boni penuriã.) 6.aph.8.

Aquæ in uenæ influxu

Hydrope detento, si aqua è uenis in uentrem confluxerit, soluitur morbus. (Exemplum hoc est earum quæ spontè & utiliter fiunt euacuationum, si aqua hydropicorum è iecore & uenis ad intestina deriuata per aluum excernatur, talem Medicus imitari debet.) 6. aphor.14.

Pure uel aqua confertim in sectione uel ustione emissa. 6.aph.27. suprà in Empyemate.

Tussi–

Hydropicis tussis si superueniat, (s. adaugeat priorẽ passionẽ) malũ. (quando s. accidit morbi ratione: (nã si aliud fit occasione in homine hydropico nõ est exitiale,) significat.n. aquosam humiditatẽ ita adauctã esse, ut iam spiritualia & asperã arteriam occupet, unde tussis suffocationem facit.) 6.aph.35.

Si hydropicum tussis habeat, desperatus est. 7.aph.47. Ratio in præcedenti est.

Diarrhæa

Diarrhæa forti superueniente. — Si leucophlegmatia detento fortis diarrhæa superuenerit, morbum soluit: (quia ad aluum delabitur humor is pituitosus qui morbum faciebat, modo tale profluuium non accidat ab imbecillitate facultatis retentricis.) 7.aph.29.

Lienosis. Prognostica.

- Lienosis difficultas intestinorum superueniens, bono est. (quando s. per eam uacuantur crassi & melancholici lienéque obsidentes humores.) 6.aph.48.
- Qui lienosi (h.e. laborantes tumore lienis nato ex humore melancholico) difficultate intestinorum corripiuntur, (liberantur à morbo, quando s. ratione euacuationis talium humorum lieni infartorum euenit dysenteria: sed quia tales euacuationes sæpiùs modum excedunt, incommoda hæc affert) ijs superuenientem longam dysenteriam aqua inter cutem aut intestinorum læuitas excipit, & moriuntur: (quia læsis intestinis transitu uitiosorum humorum, uires eorum laborant, & temperies natiui caloris aboletur, hanc ob causam & lienteria superuenit, & hydrops: quia iecur longa & multa euacuatione debilitatur & refrigeratur, conficitur item uentriculus, unde mors, prostrata eius uirtute.) 6.aph.43.

In Nephriticis signa

- *Diagnostica, renum*
  - *Affectorum.* — Quibus cum urina crassa exiguæ carunculæ, (quæ renum partes sunt, quas ob uehementem ulceris erosionem auulsas esse constat.) aut ueluti pili exeunt, (qui nullo modo renum partes esse possunt: quia fieri non potest, ut ad talem substantiæ formam renes quamuis exulcerati dissoluantur, sed dicimus in ipsis suam habuisse consistentiam: nam ex humore crasso in renibus quodammodo usto, substantiæ capillis similes generatæ cum urina simul egeri possunt.) his à renibus excernitur. 4.aph.76.
  - Purulentorum. Ad recti intestini, &c. 5.aph.58. suprà in intestini recti inflammatione.
  - *Acuto morbo laborantium.* — Quibus in urina adipalis superficies, ut araneæ est, & conferta, ijs nephriticum & acutum morbum adesse significat. (si ab alijs partibus adeps colliquatur, paulatim & non confertim cum urina exit, sed adipis colliquati circa renes transsumptio ad urinas celerrima est & confertim fit.) 7.aph.35.

Exulceratorum. Si quis sanguinē aut pus meiat, &c. 4. aph. 75. Vide infrà exulceratæ uesicæ Diagnostica.

Abscessu correptorum: Respondet autem hic aph. præcedenti 7. aph. 35. ei͂q cohæret. — *Si quibus uerò è renibus laborātibus (longo s. tempore) præter suprà dicta signa (mala) dolores etiam circa spinæ musculos fiāt, siquidem ad loca exteriora sentiantur, extrinsecus abscessum quoq; fore expecta: si uerò ad interiora magis uergāt, abscessum etiam intrinsecus futurum potius sperandū est. 7. aph. 36.*

Prog. —

Hæmorrhoidas superuenientes, bonum. 6. aph. 11. Vide suprà in Melancholia.

Renum & uesicæ uitia in senibus difficulter curantur: (nam & in alijs uix sanantur: quia horum opus indesinens est: quietem uerò requirit sanatio: & quia excrementum acre exacerbare natum est, siue ulcus siue inflammatio uel aliqua alia passio in ipsis constiterit. In senibus autem omnes alij morbi, longi præcipuè, difficulter sanantur: quia concoqui non possint ob uirtutis imbecillitatem, & natiui caloris inopiam.) 6. aph. 6.

Strangu ria —

Prog. Ileo superueniente deinde febre. — *Quibus à stranguria ileus superuenerit, (qui causatur ut plurimùm à multitudine crudorum humorum unà cum multa frigiditate.) intra septem dies moriuntur, nisi febre superueniente copiosa urina fluxerit. (confert enim febris morbis illis qui ex frigiditate fiūt, aliquando sola, aliquādo cum humoribus crudis, pituitosis & flatuosis spiritibus.) 6. aph. 44.*

Nota, hunc aphorismū uerum expertus sum in praxi cum D. Helideo Bononiæ, Anno 70. in nobili, qui ita curatus fuerat.

Curatio. Thorexi & uenæ sectione. — *Stranguriam (præsertim quæ à frigida intemperie prouenit.) & dysuriam, (à crassis humoribus & flatuoso spiritu ortam) Thorexis (h.e. uini meracioris potio: quia uinum suo calore frigiditatem ex hisce dispositionibus discutit, ac obstructione liberat meatus) & uenæ sectio, (si s. inflammatio accedat. Incidēdæ aūt sunt interiores. (poplitis uidelicet aut malleoli uenæ.) 7. aph. 48.*

Dysuria:

Dysuria: Curatio — Difficultatem urinæ (eam s. quæ fit propter inflammationem aut multitudinem sanguinei humoris) phlebotoma soluit. Secare uerò interiores. (s. eam quæ in poplite est aut malleolo: hæc enim uena partium quæ infra iecur sunt, uteri potissimùm & uesicæ malis confert. Vide etiam præcedentem aphorismum.) 6.aph.36.

Vesicæ

- **Diagnostica**
  - **Affectæ aliquo pathemate.** — Si quis sanguinem aut grumos meiat, aut urinam guttatim emittat, dolore ad hypogastrium & perinæum pertingente, circa uesicam loca laborant. (cōmunia hæc sunt symptomata omnium instrumentorum quæ urinis seruiunt, uesicæ, Renum, ureterū, siue unà accidāt, aut seorsum.) 4.aph.80. Et 7.aph.39. ubi post hypogastrium, καὶ τὸν κτένα, h.e. pectinem, addit.
  - **Scabie infectæ.** — Quibus cum urina crassa (h.e. mediocris cōsistentiæ) furfurosa quædam unà exeunt, his uesica scabie laborat. (quando s. uenæ nullo affectu laborant: feruntur. n. & ex ipsis aliquando furfurea, cùm earum tunica patitur, sicut & uesicæ, sed distinctio fiet ex tenuitate & crassitudine urinæ. Tenuis enim uenas & totum corpus: non tenuis autem uesicā pati, cùm talia exierint, indicabit.) 4.aph.77.
  - **Exulceratæ.** — Si quis sanguinem aut pus meiat, renum, (si multùm commiscetur cum urina) aut uesicæ (si parùm commiscetur cum urina) exulceratio significatur. (etiam ureterum qui has partes interiacent, qui sæpè exulcerantur ijs qui in renibus lithiasin patiuntur, quando à lapide aliquo acuto, aut admodum aspero in ipsis intersepto excoriantur.) 4.aph.75.
    Si quis sanguinem, aut pus, aut squamulas meiat, & grauis odor adsit, uesicæ exulceratio significatur. (priora duo omniū instrumentorū urinæ seruientiū signa sunt cōmunia: sed posteriora duo, maximè squamulæ propria uesicæ exulceratæ signa sunt.) 4.aph.81.
  - **Calculosæ.** — Quibus in urina subsidēt sabulosa (ueluti arenulæ, albæ s. nā rubræ renes calculo laborare indicant, Bassianus in prælectionib.) ijs uesica calculo laborat: (nā propter robustā facultatē in uesicā pellitur, qui ibi morā nectit, h.e. ratione collectionis.) 4.aph.79.
- **Prognostica** — Vulneratæ. Pertusa perfectáue uesica, &c. 6.aph.18. suprà de Vulneribus.

In Meatu urinarij tuberculo. Prog. — Quibus in meatu urinario nascitur tuberculum, suppurato eo & rupto, solutio. (contingit siquidem urinam aliquando retineri ob tale tuberculum, ex cuius diruptione sanitas sine dubio sequitur, doloris & suppressionis urinæ solutio.) 4.aph.82. Et 7.aph.57.

Sanguinis mictu. Diagnostica loci affecti. — Qui inopinanter sanguinem meiunt, ijs à renibus uenulam ruptam esse significatur. (fit cruenta urina etiam uel propter imbecillitatem rerum urinam subinde secernere nequeuntium, aut propter amplitudinem osculorum ex uena caua urinam ad renes excolantium, aut propter erosionẽ ab acribus humoribus, nunquàm tamen syncerus, copiosus & r penè cum urina sanguis excernitur, nisi uenæ ruptio facta sit, ut fit in ijs qui graue onus leuârunt, aut ualdè saltârunt, aut ex alto ceciderunt, &c.) 4.aphor.78.

Puris mictu. Diagnostica — Si quis sanguinem aut pus meiat, &c. 4.aph.75. suprà Diagnostica exulcerationis uesicæ.

Vteri

- **Affectu, Diagnostica**
  - Inflammationis. 5.aph.58. Vide suprà in recti intestini inflãmatione.
  - Eius oris duritiei. Quibus os uteri durũ est, ijs arctetur necesse est. (hoc commune signum est & tumoris alicuius in eo existentis & conceptionis in muliere, sed durities ea distinguit. Nam grauidis molle est, & secundum naturam: in quibus autem est tumor præter naturã, durum.) 5.aphor.54.
- **Suffocatione. Prog. ex sternutatione superueniente** — Mulieri hysterica (h.e. quæ ab uteri strangulationibus infestatur) aut difficulter parienti sternutamentũ superueniens, bonum. (tũ ut causa, tum ut signũ, ut causa quidem: quia uehementiore concussu partim quidem naturã excitat, partim uerò excernit quæ partibus corporis firmiter infixa hærent: ut signũ uerò bonũ est: nam indicat quòd natura quæ priùs erat sopita & obruta, iam collectis uiribus expergiscatur, & ad se redeat.) 5.aph.35.
- **Suppuratione, qua parte coxæ adhæret. Curatio** — Si qua parte uterus coxæ (parte s. exteriore) adiacet suppurauerit, emotis medicamentis curetur necesse est. (h.e. linteolo carpto cum idoneis remedijs parti applicato, ne si absque linamentis Medicamentum imponatur, effluat ipsum, & ex eo nulla percipiatur utilitas.) 5.aph.47.

In Mensibus

- **Abundantibus**
  - **Prog.** — Menstruis abundantibus (h.e. largiùs fluentibus) morbi eueniunt, (refrigerato uidelicet totius corporis habitu, ut cachexia, hydrops fœdus color, tumor pedum, & uirium omniũ imbecillitas) & subsidentibus (h.e. non fluentibus) accidunt ab utero morbi. (quodcunque horum fuerit, necesse est temporis processu uterum pati aut phlegmonem, Erysipelas, Scirrhum, Cancrum aut aliquid his simile, unde totum corpus compatitur, ut uel decoloratio uel artuum grauitas, uel febres errabundæ, uel alius subsequatur affectus pro natura excrementorum corporis.) 5.aph.57.

Curatio

- Curatio.
  - Mulieri si placet menstrua sistere, cucurbitulam quàm maximã ad mammas appone: (quia per reuulsionem in cõmunibus ue= nis utero & mãmis retrahitur sang. i. sursum, sed non est fi= dendum uni remedio: tentanda enim sunt & alia repellentia, astringentia, emplastica, &c.) 5. aph. 50.
- Deficien tib. præ ter na= turam
  - Prog.
    - Menstruis abundãtibus, &c. 5. aph. 57. Vide p. antè in men= sibus abundantibus. (supprimuntur autem uel quia uenæ fe rentes ad uterum menstruam purgationem cõprimuntur uel obstruũtur propter crassitiem sanguinis & lentorem, uel ob robur uasorũ ute. i, adeò ut quod influit, non admittant.)
    - Mulieri menstruis præter naturam deficientibus, sanguis è na= ribus profluens bono est. (ratione sil. reuulsionis in contra= rium.) 5. aph. 33.
  - Curatio { Suffitus aromatũ, &c. 5. aph. 28. suprà in καρηβαρίας causis.
- De coloratis, nec eodẽ sem= per modo & tempore pro= deũtib. Prog.
  - Mulieri menses decolores, nec eodem semper modo & tẽpore pro= deuntes, purgationem indicant esse necessariam. (nam mulieri temperatæ & sanæ, menses debent esse rubicundi: biliosæ, fla= uicantes: Melancholicæ, nigricantes: pituitosæ, albi. Pro diuer= sitate igitur coloris alieni à solito & laudabili purgãda est Me= dicamento nũc Cholagogo, nũc Phlegmagogo, uel Melanogo= go: id aũt indicabit mutatio ipsa coloris cõsueti.) 5. aph. 36.
- Fluore muliebri. Prog. ex con= uulsione aut animi defectu su peruenientе.
  - Si muliebri profluuio, ῥόῳ γυναικείῳ, Conuulsio aut animi defectus superueniat, malo est: (quia conuulsio ex siccitate aut inanitione utplurimùm letalis est: animi uerò defectio summam uirium imbecillitatem ostendit.) 5. aph. 56.
- In steri litate
  - Caussæ
    - In fœminis
      - Crassities corporis præter na turam.
        - Quæ præter naturã crassæ nõ cõcipiũt, iis uteri os (in= ternũ) ab omento (cum adipe multo tegẽte intestina) comprimitur. (ut genituram non excipiat) Itaq; gra uidari donec extenuentur nequeunt. (supra modum uerò tenues mulieres cõcipiunt quidem, sed abortiũt ob alimenti defectum.) 5. aph. 46.
    - Viri
      - Frigiditas & densitas:
      - Humiditas nimia:
      - Siccitas nimia & æstuosi= tas:
        - Quæ frigidos & densos locos (uteros) habẽt, nõ cõcipiũt utero: (qa semẽ refrigentũ extin guitur.) Et quæ præhumidos habẽt, grauis dari nequeũt: extinguitur. n. in ipsis genitu= ra: (qa quasi in palustri & cœnoso loco sup= fluo humore dilutũ submergitur, nec habet cui radicib. innixũ hæreat.) Et quæ siccio- res & æstuosos: nã alimẽti defectu semẽ cor= rũpitur. (ut in sicca sabulosa aut petrosa ter ra. In Immodicè uerò calida torretur semẽ.) Quæ uerò ex utraq; oppositione moderatã nactæ sunt locorũ tẽperationẽ, eæ fœcũditate ualent. 5. aph. 62.

In ui-

In uiris. Corporis uel: Raritas, Densitas, Frigiditas, Caliditas

Par est de maribus ratio: aut enim propter corporis raritatem spiritus foràs dissipatur, ita ut genituram eiaculari nequeat, aut propter densitatem humor foràs non prosilit: aut propter frigiditatem non incenditur, ut eò loci coaceruari possit, aut propter caliditatem hoc idẽ ipsum usu uenit. 5.aph.63.

Hic aph. non censetur Hippocratis, quòd omnis ferè ex parte sit falsus. Poterat autem sic uerius efferri:

Similiter & in uiris, uel caliditas, uel frigiditas uel humiditas, uel siccitas immodica causa est sterilitatis. Ratio, ob caliditatem enim semen fit tosto simile: ob frigiditatem uerò non benè concoquitur, atq; ideo si mediocris est hæc intemperies, indiget utero calido multùm: si uerò immodica, sterile est: ob siccitatem autem, cùm semen primùm excidit, tum extendi non potest, quod maximè est necessarium, si mulier debet concipere: ob humiditatem deniq; rursus non concoquitur, quæ si modica est, utero calidiori indiget & sicciori. Si uerò immodica, sterile est semen. Immodicæ ergo intemperaturæ sterilitatis causæ sunt. Si uerò modicæ sint, & contrarijs coniungantur, tunc cõcipient mulieres: si uerò similibus, non concipient.

Hoc loco inseritur & hic aph. ab Oribasio:

Viri semen aquæ iniectum, si supernatat, aquosum & nimis tenue est, nec ex eo concipi mulier.

Signa, Diagnostica in muliere:

Si mulier non concipit, & scire uelis an sit conceptura, ueste præligatam, & undiq; obuolutam subter suffito. (s. per infundibulum immisso suffitu aromatum collo uteri.) ac si odor corpus peruadere uideatur ad nares & os usq;, non sua culpa sterilem esse scito. (si uerò non permeet ad nares mulieris, scito corpus uteri frigidum esse nimis & densum, ac ideò ad concipiendum ineptum.) 5.aph.59.

Vide etiam infrà Prognostica abortus ex mammarum extenuatione. 5. aphor. 38.

Conceptio-

- **Conceptionis signa**
  - **Diagnostica, ex**
    - **Mulsa exhibita.** *Si scire uelis an mulier conceperit, dormiturae aquam mulsam potu dato: & si uentris tormina patiatur, concepit: (Melicratum enim crudum uentrem & intestina flatibus implet, qui facilem non habentes exitum in muliere quae concepit, ob uteri compressionem tormina generant. In ea uerò quae non concepit, flatus quidem fieri possunt, sed hi exhalant absque torminibus.) sin minus, non concepit.* 5. aph. 41. *Nota hoc signum conceptus certum non est, nec perpetuae ueritatis.*
    - **Oris uteri conniuentia.** *Quae uterum ferunt (statim post conceptionem) ijs uteri os conniuet. (h.e. coarctatum est, ita quidem, ut ne aciculae quidem pateat, ne calor natiuus foetum ipsum fouens, expiret, aut ne frigus offendens subintret: adueniente tamen in coitu nouo semine, aperitur interdum, unde superfoetatio, quae licet admodum rarò fiat, fieri tamen aliquando potest.)* 5. aph. 51.
    - **Mensium retentione.** *Si mulieri purgationes (h.e. menses) non prodeant (uidelicet sine causa manifesta quod fit à natura, ut fiant alimentum foetui) neque horrore neque febre superueniente, cibique fastidium accidat, (quod fit eadem qua pica ratione, laeso ore uentriculi in grauidis) praegnantem esse putato. (contingit autem & nonnullis aliquid tale propter humores uitiosos totum corpus occupantibus, sed hoc cum horrore & febre patiuntur, atque his signis distinguuntur morbosae à grauidis.)* 5. aph. 61.
  - **Sexus concepti foetus. Diag. tum ex**
    - **Colore praegnantis.** *Mulier grauida si marem gestat, coloratior est. (uidelicet à calore: quia mas est calidior foemina) si foeminam, decolor. (Nota quòd hoc signum non sit certum: sunt enim & foeminae uiragines, & uiri effoeminati.)* 5. aph. 42.
    - **Situ foetus in utero.** *Mares (ut calidiores) dextra uteri parte, utpote calidiore: quia iecinori è directo subiecta est) foeminae sinistra magis gestantur. (contrariam ob causam.)* 5. aph. 48.
  - *In Partus difficultate. Prog. ex sternutatione superueniente.* 5. aph. 35. *Vide suprà in uteri suffocatione prognosticis aphorismis. Vide etiam* 5. aph. 55. *inter causas abortus.*

Secundarũ retentione. Curatio

Ad secundas deturbandas, (est autem secunda uel secundina uulgò dicta corium, fœtum inuoluens, hæc si post partum remaneret in utero, odoris grauitate caput repleret, & stomachũ putrefacta euerteret. Quare maturè excutienda sternutatorio ex pipere, castoreo, &c. huius enim uiolentia & concussione secundina deorsum fertur) sternutatorio immisso nares & os manu obdura. (ut spiritus ad infernas partes descendens, expultricem uim adiuuet in educenda secunda ex utero.) 5.aph.49.

Prægnantiũ affectibus. Curatio per

- *Medicamenta purgantia. 4.aph.1. Vide suprà in pharmaceutice secundum motum morborum.*
- *Venæ sectionẽ, quòd sit abortus causa quando & quomodo*
  - *Mulier in utero ferens secta uenæ abortit, eoq; magis si sit fœtus grãdior. 5.aph.30. Vide mox inter causas abortus.*

Abortus — Causæ

- *Vehemẽs uel acutus morbus.*
  - *Mulierem grauidã morbo quopiam acuto corripi, perniciosum. (ratio est: quia si sit morbus acutus cum febre, necesse est esse continuam febrem: talis enim est morbus acutus, & in hoc duplex periculum, unum quidem ex febre ipsa, alterum ex alimenti defectu: quia acutus morbus tenuissimum uictum requirit, qui periculum abortus affert fœtui, quem si pleniore cibo seruare uoluerimus, febrem continuam augentes, matrem necabimus. Si uerò sine febre sit aliquis acutus morbus: ut Epilepsia, Conuulsio, &c. propter magnitudinem morbi patiens uix euadet.) 5.aph.31.*
- *Alui fluor.*
  - *Mulieri uterum gerenti si aluus multum fluat, periculum est ne abortiat. (h.e. pereat fœtus alimenti defectu: non enim tum fit proba coctio, nec cibi distributio, cùm immodicè profluit aluus.) 5.aph.34.*
- *Erysipelas uteri.*
  - *Si prægnanti fiat in utero erysipelas, perniciosum est. (si enim febris acuta sola fœtum interimere potest, non mirum, si erysipelas in utero ex sanguine feruido & bile natũ, quod febris acuta consequitur, hoc ipsum efficiat.) 5.aph.43.*
- *Febris et extenuatio corporis sine euidente causa.*
  - *Quæ gestantes uterum febribus (ex uitiosis nimirum humoribus antequam conciperet, ortis) corripiuntur, & uehemẽter sine euidente causa extenuantur, (non audentibus Medicis aliquod auxilium grauidæ exhibere, neq; exactam uictus rationem imperare, ne fœtui necessarium alimẽtum subtrahatur) eæ difficul-*

eæ difficulter & cum periculo pariunt, aut abortiũtes periclitantur. (quia fœtus cùm alioqui nequit obsistere malo, ex febre & uitio humorum corrumpitur, aliquando uerò perdurat quidem usque ad tempus partus, sed cùm & ipse ualetudinarius sit (ut qui longo tempore laborârit) & matrem habeat imbecillem, non sine periculo patitur. Nam ad bonum partum duorum corporum uigore est opus, & matris & infantis.) 5.aph.55.

Pro-gnostica.

Tenasmus. — Si prægnãti tenasmus superuenerit, abortus est causa. (quia matrix quæ cognata est recto intestino in hoc affectu maximè dolenti plurimùm consentit: non autem mirum est, si propter uehementes & frequentes exurrectiones conceptus abortum patitur, quando & ex alijs omnibus fortibus motibus atq; doloribus mulieres grauidæ soleant abortire.) 7.aph.27.

Gracilitas corporis præter naturã. — Quæ præter naturam tenues (extenuatæ & graciles) uterum gerunt, abortiunt (ob alimenti defectum) priusquàm habitiores euaserint. (si uerò talis post conceptionem crassescat, indicat quòd alimentum totum absumitur in mulierem, & sanguis ad conceptus alimoniam deputatus, ad eius quæ cõcepit nutritionem recipiatur. Quare nõ absque ratione fœtus sufficienti indigens alimento corrũpitur.) 5.aph.44.

Cotyledones uteri lẽtoris plenæ. — Quæ uerò mediocriter corpulentæ abortũ faciunt secundo mense aut tertio (ante quartũ enim mensem plus obnoxia est abortioni mulier) sine manifesta causa (ut alimenti penuria, febre, Erysipelate, Euacuatione immodica, &c.) ijs cotyledones (orificia illa uasorum uteri) mucoris sunt plenæ, nec præ pondere fœtum continere possunt, sed abruptis decidit. (& sic abortio sequitur.) 5.aph.45.

Abortus — Causæ

Mensium fluxus. — Si prægnanti purgationes menstruæ cursum suum teneãt, benè ualere fœtum est impossibile. (quia nec alimentum attrahit, nec probè nutritur, siquidem ex menstruo sanguine fœtus alitur.) 5 aph.60.

Venæ sectio. — Mulier in utero ferens secta uena abortit, eoq; magis si sit fœtus grandior. (qui s. alimento copiosiore indigeat: quia subtrahitur id ex quo nutritur, per sanguinis è uena eductionem. Sed in acutis morbis, in quibus mater & fœtus unà periclitantur, incidere potest necessitas uenam secandi, aut pharmacum exhibẽdi, modò uirtus, ætas, habitus corporis, uictus ratio præcedens, tẽpus, cœliq; status hoc ipsum permittãt, ne, si remedio destituantur, pereant mater & fœtus.) 5.aph.30.

Prognostica ex

Mammarũ extenuatione.

Si mulieri uterum ferenti mammæ subitò extenuentur, abortus sequitur.(ob defectum scil. alimenti. Communes enim quædam uenæ sunt mammis ac utero, quæ ubi parùm habuerint sanguinis, fœtu inde alimentum rapiente, graciles mammas relinquunt, & media aliquando fœtum perire sinunt. Fœtus autem aliquando ad excretionem irritatur: nam indigentiam alimẽti non ferens, uoluendo sese & calcitrando rumpit membranas quibus in utero continetur, & intempestiuè foràs exit. In tali casu dari debent ea, quæ citò sanguinem generent & augeant.) 5. aph. 37.

Sequens aph. de gemellos ferente loquitur.

Mulier geminos (marem & fœminam) ferenti utero, si altera mamma extenuetur, alterum abortu edit: (propter alimenti scilicet defectum, ut præcedenti aphorismo dictum.) Et si quidem dextra mamma extenuata est, marem: si uerò sinistra, fœminam abortione excludit: (nam fœtus fame excruciati, appendices & ligamenta dilacerant, atque hac ratione fœmina abortit.) 5. aphor. 38.

Quæ fœtum sunt perdituræ (h.e. facturæ abortũ) ijs mammæ extenuantur: (uel penuria sanguinis, uel eius transmissione ad uterum dolentem à causa aliqua abortus, ad quẽ natura transmittit sanguinem quo destitutæ mammæ arescunt, & extenuantur.) Contrà uerò (extenuatæ, rursus) duræ si fiant, (propter materiam superuacuam quæ illuc ab utero defertur.) dolor aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua fatigabit. (si in has partes natura reposuerit inutilem materiam) nec abortiunt. (utero scil. ea materia liberato.) 5. aphor. 53.

Lacte copioso fluẽte.

Mulieri partum gerẽti si lac è mãmis copiosè fluat: (quia paucus ad uterum feretur) fœtum imbecillum significat: (qui parum sanguinis absumat, deinde mala est causa: quia omnis Immodica uacuatio nocua est utero gerenti.) si uerò firmæ solidæq; fuerint mammæ, ualentiorem conceptum indicat. (h. e. mediocriter si impletæ fuerint.) 5. aph. 52.

In Articu-

In Articulorum affectibus, ut

- Ischiadę. Prognost.
  - Quibus longo Coxendicum dolore conflictatis femoris summum coxa exciderit, rursumq́ recidit (hoc est, illabitur) ijs mucosa ibidem pituita colligitur. (à qua madefacta articulationis ligamenta, laxiora redduntur. & ideò facilè à cauitate articulus excidit, & rursus facilè recidit, ut accidit in dolore coxendicũ, de quo hic agit Hipp.) 6.aph.59.
  - Quibus diuturno dolore Ischiadico uexatis femoris caput coxa excidit, (ratione humorum qui illuc decurrerunt) ijs femur contabescit, (mucoris enim copia obstructionem parit, atque adeò impedit, ne nutrimentum illuc feratur) & claudicant, nisi urantur. (circa uertebram nempe cãdentibus ferramentis. Nam ustio mucorem in pixide collectum, ac illapsum absumit, & exiccat, ligamentaq́ solidiora efficit, & in habitum naturalem reducit.) 6.aph.60.
- Podagra
  - Causa
    - Veneris usus.
      - Puer podagra non laborat, ante usum uenereorũ. (quòd ergo magnã uim habeat ad generandam podagram Venus, liquet eunuchorũ & puerorũ exemplo.) 6.aph.30.
      - Eunuchi podagra non laborant, &c. 6.aph.28. Vide suprà in caluitie.
    - Menses retẽti.
      - Mulier podagra nõ laborat, nisi ipsam mẽstrua defecerint. (olim ob retentos menses tantùm, & nullam aliam ob caussam podagra laborabant mulieres: quia moderata uictus ratione utentes sobriè uiuebant, & mediocriter exercebantur.) 6.aph.29.

- **Prog. ex tempore eius**
  - **Commotionis.** — *Dolores podagrici uere (nõ sui ratione, sed quia per hyemem sunt multi humores praui collecti, qui calore ueris funduntur, & in partes imbecilles protruduntur, unde morbi articulares) & autumno, (ob sui inæqualitatem, quæ horum & plurium aliorum morborũ causa esse solet, præsertim cum æstate præcedẽte, & in ipso autumno uitiosi humores ex esu fructuum crudorum coaceruati hos morbos excitare possint, ad imbecilliores partes dilapsi) ferè mouentur.* 6. aphor. 55.
  - **Solutionis.** — *Qui podagrici morbi fiunt, sedata inflammatione intra dies quadraginta (eo enim tempore iudicari solent morbi medij inter acutos & longos) conquiescunt. (& finiunt, si medicus omnia rectè administrauerit, & æger in nullo deliquerit.)* 6. aph. 49.
- **Curatio, ex frigida largè affusa.** — *Articulorum tumores & dolores absq; ulcere, atq; etiam podagricos, & conuulsiones magna ex parte frigida largè affusa leuat, & extenuat: (quia influxum cohibet, & hac ratione dolorem in talibus soluit: quia & eius causam abscindit) soluitq; dolorem. Nam modicus torpor doloris soluendi uim habet. (sensum hebetãdo.)* 5. aph. 25.

Τέλος τῶν ζ' Ἱπποκράτους Ἀφορισμῶν τμημάτων.

PROGNOSTICORVM LIBRI HIPPOCRATIS

ΣΥ'ΝΟΨΙΣ.

Hipp. prognostica in acutis morbis describens, docet nos euentũ morbi praescire, tum ex

- *Aegri corporis*
  - *Partibus. Vt*
    - *Facie.*
      - *Sitne similis sibi ipsi sano, ita enim optima erit: si uerò maximè contraria simili fuerit, horrendissima est. Talis autẽ fuerit. Nasus acutus, oculi concaui, collapsa tempora, aures frigidae & contractae, extremitates aurium auersae, cutis circa frontem dura, circumtenta, arida. Color totius faciei alteratus & pallidus, aut etiam niger & liuidus aut plumbeus. Si initio morbi talis fuerit, nec ex uigilijs, alui fluxu, aut fame ortũ habuerit, exitiale est ualdè.*
    - Oculis
      - *Lucem fugere, inuolũtariè lachrymari, distorti oculi: si alter minor altero fiat, si albae partes rubẽtes fuerint, uenulae in ipsis liuidae uel nigrae, lemae ac sordes circa oculos, instabiles, eminentes, aut caui uehementer facti, aut squallentes & obscuri, malum.*
    - Palpebris.
      - *Retorta aut contracta liuida aut pallida palpebra, mortale ualdè.*
    - *Naso.*
      - *Contractus similiter, liuidus, mortale.*
    - *Labijs.*
      - *Resoluta, pẽdẽtia, frigida, albicãtia, liuida, mortale.*
    - Dentiũ stridore in
      - *Febribus, nõ assuetis antea, perniciosum.*
      - *Delirio, ualde letale.*
    - *Manuũ motu.*
      - *In febribus acutis, phrenitide, capitis dolore, &c. frustrà uenari manibus, festucas legere, floccos de uestĩb. euellere, de pariete paleas detrahere, &c. malum & Θ.*
    - *Expiratione.*
      - *Frigida è naso & ore, ualdè pnciosum.*
    - *Respiratione.*
      - *Densa dolorem aut inflammationẽ in partibus diaphragma significat.*
      - *Magna, & per multum temporis interuallum facta, delirium significat.*
    - *Pulsu praecordij.*
      - *Turbationem aut delirium, si oculi uehementer moueantur, significat.*
    - *Tumore in praecordio.*
      - *Durus & dolorosus, malũ: minus periculosum si in sinistra parte tãtùm. In principio, mortem breui affuturã, si uiginti dies aũt transgrediatur, ad abscessum cõuertitur.*

- *Sanguinis eruptione è narib.* — In iuuenibus maximè accidit citra triginta quinq; annos, & ualdè prodest in multis affectibus.
- *Vnguibus & digitis.* — Liuidi & curui, mortale, ubi & uenter & latera calida sunt.
- *Hypochôdrys.* — Optimum est doloris expers, molle & æquale habere utrunq; hypochondrion.
- *Testibus & pudendis.* — Reuulsa, dolores fortes significant, & periculum letale.

Habitu toto ut
- *Decubitu.*
- *Somno, &c. de quibus in sequenti tabula.*

Excretis.
Febribus.
Affectibus alijs, febres & alios acutos morbos concomitantibus. De quibus ordine in sequentibus.

Prognostica in acutis morbis ab

Habitu toto, ut

Decubitu.
- In latus alterutrum, manus, collum & crura modicè inflexa habere, & totum corpus flexibile situm, sanorum decubitibus simile, bonum.
- Supinus, manus, collum & crura extenta habere, malum.
- Pronus, in uentrem, nisi ex consuetudine sit, malum: delirium enim aut dolorem loculorum circa uentrem significat.
- Si de lecto totus ad pedes delabatur, peius.

Somno.
- Nocturnus, bonus & conueniens, matutinus concedi potest, qui deinde fiunt, deteriores: pessimum est neque interdiu neque noctu dormire, uel enim dolor uel afflictio adest, uel delirium aderit.
- In somnis si de albo oculi quid apparuerit, palpebris non commissis, si non ex alui profluuio, uel Medicamento sumpto, uel ex consuetudine fiat, exitiale est signum.
- Dormire semper hiantem, letale, & crura supini iacentis ualdè incuruata esse & complicata.
- Decumbere nudis pedibus, non admodum calidis, manus, collum & crura inæqualiter disiecta ac nuda habere, malum: nam anxietatem significat.

Corporis

- Corporis
  - *Figura.*
    - *Erectum sedere uelle in morbi uigore in omnibus morbis acutis, malum: in peripneumonia pessimum.*
  - *Qualitas.*
    - *Caput, manus & pedes, si frigida sunt, malū est, ubi & uenter & latera calida sunt.*
    - *Grauitas corporis totius manuum & pedum, periculosum.*
- *Totius autē corporis bona signa sunt*
  - *Facilè ferre uel tolerare morbum.*
  - *Benè spirare: bona enim spiratio magnam uim habet ad salutem in omnibus morbis acutis qui cū febribus sunt, & in quadraginta diebus iudicantur.*
  - *A dolore liberum & liberatum esse.*
  - *Sputum facilè tussiendo reijcere.*
  - *Corpus æqualiter calidum ac molle apparere.*
  - *Siti carere.*
  - *Vrinas, Alui egestiones, Somnos, Sudores* — *Notas bonas habere: Mala his contraria sunt.*
  - *Vētrem ac costas fortiter calidas esse, Frōtem uerò, manus ac pedes frigidos,* — *Malum.*
- *Excretis à corpore, uel*
  - *Vomitu.*
    - *Commodissimus est ex bile & pituita quàm maximè permixtus, & non crassus ualdè neq; multus.*
    - *Meraciores deteriores, prasinus, liuidus, niger, malus.*
    - *Omnicoloris uomitus ab uno homine prodiēs, ualdè perniciosum.*
    - *Liuidus, graueolens, celerrimam mortem indicat.*
    - *Subputridi ac fœtidi uomitus omnes, mali.*
  - *Sputo*
    - *Optimum est quod dolorem sedat, hoc in omnibus affectibus & doloribus pectoris & costarum citò ac facilè expui conuenit, & flauum sputo ualdè permixtum apparere.*

Longè post principium doloris emissum, flauum, fuluum, aut quod multam tussim inducit, & non ualdè permixtum est, deterius existit.

Flauum, meracum, malum. Et album ac uiscosum & rotũdum, malum. Etiam uiride, ualde pallidum, & spumosum, malum. Meracum ita ut etiam nigrum appareat, deterius quàm illa.

Si nihil expurgetur neq; emittat pulmo, sed plenus ferueat in gutture, malum.

Sputum flauum sanguine permixtum non multo, si in pulmonis inflãmatione in principio morbi reijciatur, salutare est: Si uerò septimo die aut posterius, minus securum est.

Omnia sputa mala sunt quæ dolorem non sedant, pessima sunt nigra.

Egestione alui.

Optima mollis, cohærens, subfulua, non ualdè graueolens, secundum horam consuetam in sanitate egestam, & in copia pro ratione ingestorum, hæc uentrem inferiorem sanum ostendunt.

Aquosa ualdè, alba, pallida, uiridis, uehementer ruffa aut spumosa, mala.

Exigua, uiscosa, subpallida, subuiridis leuis, mala.

Nigra, pinguis, liuida, æruginosa & male olens, perniciosa.

Ramentosa, cruenta, prasina item, exitialis.

In Febribus: de quibus in sequenti tabula.

Vrina —

Optima est cuius hypostasis alba, leuis, æqualis per totum morbi tempus usq; ad crisim apparet: significat enim securitatem, & morbum fore breuem.

Subrubea, & eius hypostasis etiam, & leuis, diuturniorem morbum quàm prior significat, sed ualdè salutarem.

Nubeculæ in urinis albæ, bonæ: nigræ uerò, malæ.

Vrina quamdiu fuerit fulua & tenuis morbum incoctum esse significat, & si perseuerat talis, periculosus.

Fœtidæ, nigræ, aquosæ, & crassæ urinæ, letaliores.

Nigræ urinæ in uiris & fœminis pessimæ: Aquosæ in pueris.

Quicunq; urinas tenues & crudas mingunt multo tempore, si alia ueluti superstitibus futuris signa fuerint, his abscessum expectare oportet ad locos infrà diaphragma.

Pinguedines supernè instantes in urina aranearum telis similes, malæ: colliquationem enim significant.

Vesica laborans si malam urinam reddat, nõ totius corporis, sed ipsius uesicæ per se signum est.

Nubeculæ

Nubeculæ considerandæ an supernè sint uel infernè. Quæ deorsum feruntur cum coloribus suprà relatis, bonæ: Quæ uerò sursum feruntur cum coloribus prædictis, malæ æstimandæ.

Hypostases furfuraceæ, prauæ, laminosæ peiores. Albæ & tenues ualdè malæ sunt.

Sudore.

- *Optimi sunt sudores in omnibus acutis morbis qui in diebus iudicatorijs fiunt, & febrem perfectè submouent.*
- *Boni qui per totum corpus contingentes, hominem faciliùs morbum ferre faciunt, & qui cum guttis fiunt, & euaporant.*
- *Frigidus, & tantum circa caput & faciem oboriens, & circa ceruicem, malus.*

Prognostica in acutis morbis, ut

In Febribus.

- *Febres mitissimæ, & signis securissimis nitentes (ut sunt facilè spirare, mente constare, noctu dormire, dolore uacare, &c.) quarto die desinunt, aut prius. Malignissimæ uerò & signis contrarijs constantes, quarto aut etiam prius occidunt.*
- *Quibus febres cessant, neq; signis solutorijs apparentibus, neq; in diebus criticis, his reuersuras esse expectandum.*

Affectibus febres & alios acutos morbos cõcomitantibus & uel

Certã corporis partem occupantibus

Capitis dolor.

- *Capitis dolores fortes & cõtinui cum febre, si quid letalium signorum accesserit, perniciosi ualdè sunt, absq; his in recenti cùm aliàs, tùm si dolor circa tempora & frontẽ fuerit, sanguinis è naribus eruptionem, aut abscessum quendam ad infernas partes expectare oportet. Et quoq; si dolor 20. dies transmiserit, & febris manserit, id sperandum. Sanguinis autẽ eruptio magis iuuenibus triginta annis expectanda est: senioribus autem puris [illegible] tio.*
- *Capitis dolor in febre non letali, tenebricosa præ oculis obuersatio, si osculi uentris morsus, καρδιωγμὸς, huic accesserit, biliosus uomitus ei aderit & citius, si rigor etiã accesserit, & partes infra diaphragma frigidas habuerit. Citissimè uerò, si quid sub hoc tẽpus biberit aut ederit. Si uerò in tali febre caput dolentibus pro tenebricosa oculorũ obuersatione, uisus hebetudo contingit,*

tingit, aut splendores ab oculis obuersantur, & pro Cardiogmo, in hypochōdriorum parte dextra aut sinistra aliquid tenditur, neq; cum dolore, neq; cum inflammatione, sanguinem de naribus his pro uomitu fluxurum esse, expectandum est. Sed & hic in iuuenibus magis sanguinis eruptio expectanda: ijs autem qui 30. sunt annorum & senioribus, magis uomitus.

Conuulsio. { *Conuulsiones pueris fiunt, si febris fuerit acuta, & uenter nō egesserit, & uigilārint, & terreantur, & eiulārint, & colorē mutārint, & uiridem siue pallidum, aut liuidum aut rubrū contraxerint, hæc maximè in pueris usq; ad septimum annum. Seniores uerò pueri & uiri nō ampliùs in febribus corripiuntur conuulsionibus, si non quid ex pessimis signis accesserit, ut in phrenitide accidit.*

Aurium dolor. { *Auris dolor acutus cum febre continua ac forti, timendus. Periculum enim est deliraturum esse hominem, ac periturum: pereunt autem iuniores homines septimo die & adhuc citiùs, hoc affectu. Senes uerò longè tardiùs: quia febres & deliria minus ipsis accidunt, ideò ipsis aures antea suppurantur: Iuniores autem priusquàm suppuratur auris, pereunt.*

Fauciū exulceratio. { *Fauces exulceratæ cum febre, horridæ: cum alijs uerò malis signis etiam perniciosæ.*

Angina. { *Anginæ species tres, &c. Vide seq.*

Vniuersalibus, de quibus in sequentibus.

...a in as... febres ... mor... ...os con... ...tibus, { *Certā partē corporis occupantibus, ut sunt* { *Anginæ, quarū species 3.* {

1 *Horrendissimæ & citissimè occidunt, quæ neq; in faucibus quicquam conspicuū faciūt, neq; in ceruice, sed plurimum dolorem exhibent, & orthopnæam inducunt: hæ enim eodem die suffocant, secundo item ac tertio, & quarto.*

2 *Quæ dolorem quidem faciunt, attollūtur autem, & in faucibus rubores faciunt, perniciosæ quidem ualdè sunt, sed prioribus magis diuturnæ, si rubor fuerit magnus.*

3 *Quibus fauces & ceruix simul rubuerint, hæ diuturniores sunt, securiores utplurimùm, si & ceruix*

& pectus

& pectus ruborem habuerint, & quàm maximè foràs
uertatur, & Erysipelas non intrò recurrerit. Si uerò
ad pulmonem uertitur, delirium inducit & aliquando
empyema.

Peripneumonia.

Quibuscunque ex inflammati pulmonis morbis, circa aures
abscessus fiunt, & suppurantur, aut ad infernas partes,
ac fistulantur, si superstites euadunt.

Abscessus ad crura, in pulmonis inflãmationibus fortibus
ac periculosis omnes quidẽ utiles sunt: optimi uerò sunt,
qui dum sputum iam in mutatione est, fiunt.

Empyema uel suppuratio.

Ex suppuratis à pulmonis inflammatione seniores magis
intereunt: ex alijs autem suppurationibus iuniores
magis intereunt.

Suppurationis signa.

Diuturna: Si febris nõ dimittat, sed per diem
quidẽ tenuis est: noctu uerò amplior, & sudores multi oboriuntur,
tussisque ac tussiendi promptitudo ipsis adest, & nihil memorabile
expuunt, oculi caui fiunt, & maxillæ ruborem contrahũt,
& ungues quidem manuũ curuantur, sed digiti calescunt, &
potissimùm summi, & in pedibus tumores fiunt, & cibos non
appetunt, & pustulæ per corpus nascuntur.

Breuis: Dolor in principijs, spirandi difficultas maior, tussis, & sputatio perseuerans.

Quicunque suppurati uruntur, quibus purum pus fuerit
& album, & non fœtidum, seruantur: quibus autem
subcruentum & cœnosum, pereunt.

Hydrops. Hydropes omnes ex acutis morbis ortæ, m[illegible]læ sunt.

Dolor lũborũ & partiũ inferiorũ.

Dolores cum febre cõtingentes circa lu[illegible]
infernas partes, si di[illegible]ragma att[illegible]
fernas partes relinquentes, per[illegible]
sunt.

Vniuersalibus, ut sunt

- *Vesicæ dolores.*
  - *Vesicæ duræ & dolentes, admodum perniciosæ: perniciosissimæ uerò quæ cum febre continua fiunt. Soluit autem urina purulenta micta, quæ albā & leuem subsidentiam habet. Si uerò non, mortale. Corripiuntur hoc affectu potissimùm pueri septennes, donec ad decimumquintum annum peruenerint.*
- *Tumores.*
  - *Tumores albi, molles, doloris expertes, digitis cedentes, compressi, minus mali, sed diuturniores, non considentes ad suppurationem tendunt.*
  - *Dolorosi, duri, magni, periculum mortis afferre significant.*
- *Abscessus.*
  - *Suppurationes quæcunq; extrà uertuntur, paruæ, quàm maximè foràs prominentes, & in acutum fastigiatæ, meliores: magnæ, latæ, minimè fastigiatæ, pessimæ.*
  - *Abscessus post febres magis hyeme fiunt, tardiusq; cessant, & minus recurrunt.*
- *Vlcera.*
  - *Vlcus uel prius factum, uel in morbis eueniens, si liuidum uel pallidum, & siccum euadat, moriturus est homo.*
  - *Pus in ulceribus optimum est album, æquale, mediocriter crassum, lene, minimè graueolens, huic contrarium pessimum.*

Finis Prognosticôn libri Hippocratis.

Τῷ Θεῷ δόξα.